


Conseil de la Côte d'Ivoire
Ministère de l'Intérieur et des Collectivités Locales

JSC.



Ex uerbis Euangeliorum in ipsissimè
concinnata

PER RP

BARTHOLOMÆVM RICCV

SOCIETATIS IESV

È Castro fidando

a-9

ROMÆ

Apud Barthol. Zanettum

1607

PMISSV

SVPERIO.

S
II
5821

CLAVDIVS A QVAVIVA

Societatis Iesu Præpositus Generalis.

CV M Vitam hanc Domini nostri Iesu Christi cum imaginibus, ex verbis Euangeliorum concinnatam à P. Bartholomæo Riccio, nostræ Societatis Theologo, Tres eiusdem Societatis Theologi, quibus id commisimus, recognouerint, ac in lucem edi posse probauerint; facultatem damus, ut typis mandetur, si Reuerendissimo D. Vicesgerenti, & Reuerendissimo P. Magistro Sacri Palatij ita videbitur. In cuius rei fidem has literas manu nostra subscriptas, & sigillo nostro munitas dedimus. Romæ xxvj. Maij. 1606.


Claudius Aquauia.

Imprimatur, si placet Reuerend. M. Sacri Palatij
B. Gypsius Episc. Arimin. Viceſg.

Imprimatur.

Fr. Io. Maria Brasichellen. Sacri Palatij Apostolici
Magister.

ILLVSTR. ET REVER. D.
ROBERTO BELLARMINO
S. R. E. CARDINALI
AMPLISSIMO.



Ntibi, Amplissime Cardinalis, Vitam CHRISTI D.N. ad eum modum digestam, quem suasisti; in qua nimirum ipsamet verba Euangelistarum, &, si quando plures in eadem narratione versantur, singula cuiusque seorsim suis locis distincta proponimus. Ex quo sane omnis illa utilitas statim elucet, quam dicebas. Primum ut ictu quodam oculi contueri licet, quibus in rebus alter cum altero consentiat, aut discrepet: quoque pacto suppleat iste, quod ab alio praetermissum est; aut distinctius, apertiusque eloquatur, quod breuius ab alio, & obscurius scriptum videbatur. Deinde ut in methodo ista nec verbum ullum sacræ historiæ desideretur, nec aliena rursus & superuacanea, cum ineptis saepe sententiarum colligationibus redundant: quos scopulos vita-

re ij vix possunt, qui Euangeliorum Pandectas, Harmoniasve suo ipsi stylo & oratione contexendas suscipiunt. Vnde & hoc præterea, quo illi carent, comodi, quod Euangelicæ totius anni lectiones, si cui forte de illis meditari est animus, in promptu hic erunt, ut ab Ecclesia in Missæ sacrificio recitari solent. En ergo, inquam, Cardinalis Illustriss. opus tuum dicam potius, quam meum. Tu enim consilio tuo eius author & architectus, ego velut opifex tantum & malleator fui. Quare ut tuum tibi repræsentato: quod ut tuum utique dignationem aliquam nanciscetur, & ingratum, ut spero, lectori non erit. Tibi certe quidquid ab eo spiritualis fructus ad piamentes meditando peruererit, maxima, præcipuaq. ex parte meritò debebitur. Vale.

Roma Kal. Septemb. MDCVII.

MISSAE

ILA DEL F



A RIA



SITVS TERRAE PROMISSIONIS SEV TERRAE SANC TAE.



GALILÆA

Terru Heslab.	1	Tons horribus Cant.	7
Damascus Act.	2	Mons Carmel. ibid.	9
Saulo Saule ibid	3	Puer lunaticus c. 79	10
Turris Libani Cant. 7	4	Cisterna Ioseph Gen 37	12
Dan sions Gen 14	5	Miracula 7 parisi. c. 74	13
Mons Libani Ios. 12	6	Mirac. 5 pan. c. 69	14
Cananæa cap. 73	7	Porci rassocati. c. 37	15
Vidua Sarept. c. 64	8	S Petri mersio. c. 70	16

OCCIDENS

S A M A R I A	I V D A A
Absalon suspensus Reg 18	Raptus Eliae 4 Reg
Lucta Iacob Gen 32	Transitus lord. 10. 3
Vellus Gedeon Iud 5	Baptis. D.N. c. 15
Mons Garizim. c. 24	Ierun. eiust. c. 16
Decem leprosi. c. 83	Juniperus Eliaz 3 Reg 19
Saulis occi. 2 Reg. 17	Mons Diabol. ibid.
Cornu Eliaz 3 Reg 17	Scala Iacob Gen. 28
Piscinæ Ezebon Cant 7	Samaritanus c. 90
	Statua Selis Gen 15


IDVM

Serpens aneius Num 21	Transitus mar. exo. 10
Exploratores Num 13	Manna coturn. exo. 16
Fons Agar Gen 21	Mons Horob 3 Reg 19
Antra des. Hym. Ioa.	Iuniperus Eliaz 3 Reg 19
	Cella s. Hilqij. Andrico.
Tres uid. etc. Gen 18	Mons Sina. exo 19
Mons Samson Iud 16	Ador uituli exo 32
Eun atiop. Act. 8	Hiatus Cote Num 16
Maxilla asini Iud 15	sepulcr. concup. Num 11
Bersabea ciu. Gen. 14	Aque contra. Num 20


AGYP.


o n s i n f e l a u t r u c b n e F

His passus e



HIERVS ALEM & Suburbia eius sicut tempore Christi floruit, cum locis in quibus Christus passus est: quæ religiose a Christianis obseruata etiam num uenerationi habentur.





PIO LECTORI.



VM Institutionem ad meditandum sex abhinc annis tibi, Lector humanissime, tradiderim, operæ pretium existimau fore, si aliquæ præbere in materiam, vnde ad spiritualem vitam degendā fructus vberes percipere posse. Cū aut, vt ibi ostendi, P.1.c.6. præcipius fructus Meditationis sit, vt diuinam in nobis imaginem, peccato primorū pat entum obliteratam, Virtutum coloribus, eius ope, quantum fas est, reformemus; in quo tota nostra perfectio sita est: cumq. Iesus Christus exemplar illud sit in monte monstratum, secundum quod facere iubemur; eius vitam propone re decrevi. Quippe ex qua addiscit Incipiēs, quo modo cā in se se delineet; Proficiens, quo modo adumbrat; demum Perfectus, quo modo cōpleteat, absoluatque.

Et de hac re quidē loquens Orig. Ezech. ho. 7. Propositus est nobis ad imitandum, inquit, Christus Iesus. Illud exemplar firmum est; quod qui sequi cupit, securus ingreditur. De virtutum autem coloribus S. Bern. Cāt. ser. 22. hēc habet: In cassum quis laborat in acquisitione virtutum, si aliunde eas sperandas putet, quā à Domino virtutum. Cuius doctrina seminarium Prudentiæ, cuius misericordia opus Iustitiae, cuius vita speculum Temperantiae, cuius mors insigne est Fortitudinis. At eas meditādo acquiri S. Bonav. Pro. Med. hisce verbis cōcludens, Ad cuius, inquit, virtutes imitādas & adipiscendas ex frequenti meditatione cor accēdit, & animatur. Ad hāc porro imaginis huius instauratiō nos animat S. Chrysost. Pop. ho. 52. cū ait: Quot ex vobis sunt, qui cupiat illius formā inueniri? ecce nō tantū videre; verū & secundū eum fieri possumus, si studeamus: festinemus igitur.

Et quoniā B.P.N. Ignatius docet Lib. Exer. ad facilius carpēdos suauissimes meditationis fructus multū iuuare, si fingas animo te rebus, quas meditaris, adesse, cū hā iam gestæ sint; curauit vt eas tibi ponerem sub oculos ea, qua potui aptissima ratione, hoc est, expressas in imaginib; in quibus (quātum ars potuit) quidquid libri capita complectuntur Maiuscularum literarum indicio recognolces. Ne autem rerum gestatum præsentia, quam imagines reddunt, parui esse momenti videatur; scimus eam non solum Incipientibus, sed etiam Proiectis, atque Perfectis in vsu fuisse. Argumento vero inter alios sit ipsemet B.P.N. Nā etsi donū insigne cōtemplationis, ope Spiritus sancti adjutus, cōsecutus fuerat; quoties tamē de hisce Christi Dñi mysterijs meditaturus erat, paulo ante orationē similes imagines in spaciebat, quas in tabula prope cubiculū expolitas & appēfas habebat ad eū finē.

Vt autem particularium locorum notitiam habeas, in quibus varia Christus Dominus perfecit, & passus est, Hierosolymę tibi topographiam expositā damus. Atque vt expendas incommoda, quæ idem Dominus triennij peregrinatione tolerauit, non modo Palæstinæ totius chorographiā ex Christiano Adriocomio, qui quidem omnium exactissime hoc præstat opus, spectandam proponimus; verum, & ipsamet eius itinera, quæ tota vita emensus est, breui compendio descriptra suisq. spatij, & interuallis distincta seorsim huic epistolę subiecimus; vt eorū ē seriem atq; ordinem, quod ex Tabula consequi non poteras, animo cōlectare.

Iam ea, de quibus es monendus, restant. Scito igitur primum exhiberi tibi à nobis textum integrum omnium Euangelistarum. Deinde, quoniam ipsi texendo

PIO LECTORI.

non raro præponunt quæ subsequi deberent, & contra; non quidem temere, sed (vt obseruat S. Aug. Cōf. Eu. 2. 21.) a cano Spiritus sancti cōfilio, qui sua interdū mystēria istis quoq. trajectōnibus velare nouit: solent etiā interdū nōnulla singuli, vel aliqui, eodē prorsus modo referre, vel cum aliqua varietate, nostrā mentem esse, te per omnia ita ducere, vt nihil penitus effugiat considerationem tuā. Hoc porro ut affequaris, numeros, ut vides, adhibuiimus & literulas alphabeticas, ac diuersitatem characterum, & alias præterea notulas nonnullas; quorum oīum exempla, significacionēs, reperies in calce libri. In eis igitur hæc obseruabis, ut seriem vnā historiæ ex oīibus Euangelistis habere possis. Characteres siquidem maiores & rotundiores contextum dabant tibi, quem nos volumus, cæteri vero alterius formæ, indicio sunt, eadem à diuersi repeti; & propterea in hanc seriem nostram non admitti, ne sepius repeatantur: atq; hoc discrimen characterum non in multis tantum, connexisq. verbis, sed in unica interdū particula, ubi ea excludenda videbatur, appositum reperies. Exemplo sit caput 27. quod hic apponere libuit, ut ex eo modum sumas cætera ordine historico legendi. Omissis enim omnibus, quæ rotundioribus literis scripta non sunt, serie tantum historiæ, quam probamus, huiusmodi characteribus expressam retinuimus, ut planè videbis.

2 Ambulās autē Iesu iuxta mare Galilææ, vidit b Iesu: Venite post me, duo; fratres, Simonē, qui vocatur Petrus, & Andréā & faciam vos fieri pescato fratrē ei⁹, mittentes rete ī mare, (erāt n. pescatores) res hominum. & ait illis, c At illi continuo relictis rebus, &c.

4 Et procedens inde, 4 alios duos fratres, Iaco- 2 Progressus 3 p̄fūlum, bum Zebedæi, & Iohannem fratrem eius in nauī cū vidit 5 & ipsos componen- Zebedæo Patre eorum, reficiētes, &c. tes 7 in nauī: & statim, &c.

Hę autem notæ ☐ nonnullam indicant inesse varietatem in modo loquendi: tamen quia modus & varietas illa modica posset excitare aliquem affectum meditati, talib; notis de ea re te admonitum oportebat, reliquæ hæc sex nota totidē orationis particulas significant: nūmīrum: + ergo: * enim: ? sed: ~ imo: .: & : idest. Cum enim ad colligendas diuersorum Euangelistarum sententiās percommode videretur, si qua huiusmodi vocalarum intericeretur; nobis autem religio esset, verbū vllum adiicere, quod in Euangelijs non esset; has notulas exco gitauimus, quibus Lector particularum illarum admoneretur.

Secundum sit, quod cum accidit ut columna vnū Euangelistæ interrumpatur, quod reliquum eius est in eodem capite eidem directe subiicitur.

Tertium, vbi incertus est ordo rerum gestarū (non enim hic noster certitudinē cōtinet euangelicā) in eis disponendis secutus ferme sum quod verisimilius habetur: veritatem si forte min⁹ tibi faciat factis, faciat S. Aug. Cōf. Eu. 2. 21. cōfiliū, quod est, ut qui in historijs (multo minus qui in meditationib⁹) suū ponit studiū, minus religiose seriū ordinis querat, dūmodo veritas in rebus narratis, ut in nostris maxima est, certa sit. Catalogū tandem Nominū Hebraicorū, Græcorū, Syriacorumq. quorū hic sic mētio, cū suis interpretationib⁹ ex Biblijs Cōplutensib⁹ desumptum apposui, ut facilius mysteria, quæ, ut ostēdi. P. 2. 15. in eis cōtinētur, eruere possis. Interpretatio, quam sequitur hæc litera. S. Syriaca est: quam, G. Græca: quam nulla, Hebræa: quam tandem, D. dubia est, ex qua dictarum sit linguarum.

ITINERA D.N. IESV CHRISTI.



V. M. prius venit plenitude temporis, anno quinque millesimo ceterisimo nonagesimo nono à mundi creatio-
ne, quando creauit Deus ca-
lum, & terram, sub finē Mar-
tis, à summo cælo de sinu Pa-
tris egressus Filius Dei, Nazareth Galilæa
in uterum Matris Mariae sanctissimæ Virgi-
nis, humanam induturus naturam, descen-
dit: & factus homo in montana Iudeæ ma-
terno vero gestatus ascendit: mili. 95. post
tres circiter menses ad finem Iunij Mater
ad hunc Deum ventre gerens Nazareth re-
uertitur: m. 95. Ad finem Decembris venit
Bethleem, m. 96. ibiq. peperit suum & Dei
Filiū primogenitum, bis natum. Vnde puer
Iesus secunda Februarij die Hierosolymā,
m. 6. Domino de more sistendus fuitur. Ce-
remonijs illis omnibus legalibus peractis,
refutat Bethleem, m. 6. Non ita multo post,
Herode illum ad necem persequente, in
Aegyptum noctu fugiens, m. 270. non longe
ab horto balsami habitavit: ex quo post sex
vel octo annos cum Matre Virgine Nazar-
eth regreditur, m. 300. Vnde duodecim
annos natus ad festum Paschæ, vt erat in
more, circa finem Martij Hierosolymam
ascendit, m. 90. (quod iter fecerat à præce-
ritis annis à reditu, & fecit nonnullis inse-
quentibus) Hierosolymam iterum descendit
Nazareth, m. 90. Inde initio anni trigesimi
etatis sua ad principium Ianuarij transiuit
Bethaniam trans Iordanem à Ioanne Ba-
ptista baptizandus, m. 92. Post baptismum
in desertum, Quarentanæ, dictum secedit,
m. 5. tentandus Iepius à diabolo. Ex quo ab
eo duxus est in sanctam ciuitatem Hierusal-
iem, m. 25. & inde ab eodem super montem,
Diaboli postea dictum, m. 18. Tum ad Iordanem
congregatur aliquot discipulos re-
uertitur, m. 15. A paucis igitur convocatis
secutus Canam Galileam venit, m. 94. Hinc
ad Ciuitatem Capharnaum, in ea commo-
raturus cum suis migrat, m. 45. Ex qua ad
finem Martij Paschæ primo Hierosolymā
venit, m. 112. Et inde ad Iordanem se trans-
fert, m. 35. toraq. estate & autumno Iudæa
circulat. Initio vero anni trigesimi pri-
mi venit cum magna sequentium multitu-
dine ad ciuitatem Sichar, m. 44. in eaque
duos dies commoratus Canam Galilæa se-
cundo petiit, m. 50. Inde reuertitur in ciui-
tatem Capharnaum, m. 47. Tum tota illa, 29
hyeme peragruit prima vice Galilæam, 38
vniuersam. Quo facto in regionem Gera-
senorum traiicit, m. 5. Ex ea deinde statim 33
Capharnaum renauagauit, m. 5. Vnde adue-
niente iam secundo paschate Hierosolymā 48
ascendit, m. 112. Et inde breui reuersus iuit
ad montem, in quo longum illum habuit 46
sermonem, m. 106. Ex eo descendens remeat
Capharnaū, m. 6. Haud multo post se trans-
fert Naim, m. 50. & suscitato filio viduæ Ca-
pharnaum redit, m. 50. Ad initium deinde 53
trigesimi secundi anni Nazareth petiit, 57
m. 47. Ex quo profectus, prius multa vicina
loca solus obit: tum iterum cum missis Apo-
stolis tota illa hyeme Galilæam totam cir-
cumeuntibus, secundo peragrat: tandem
cum reuersis Apostolis in Bethsaïd trans
marinæ desertum, circa tertium pascha ad-
nauigat, m. 5. Inde iterum transit Bethsaïd 63
in terrâ Genesareth, m. 5. & per maritimâ
illa loca Capharnaum redit, m. 8. Hinc pau-
lo post pascha excurrat ad fines Tyri, & Si-
donis, m. 55. Ex quibus ad mare Galilæa, 70
m. 60. In medio confinium Decapolis venit,
& ibi in vieniissimo móte miraculum sepç
panum patravit: ex quo descendens ad con-
fines Magedan, & Dalmanutha adnauigauit, m. 5. Inde transfretat Bethsaïd, m. 5.
Bethsaïda profectus partes Cæsarea Philippi
percurrit, m. 38. Inde venit, & ascendit
monte Tabor, m. 58. Ex quo monte post mul-
ta loca Galilæa peragrat Capharnaum,
venit, m. 42. Ad finem autem Septembri tri-
gesimi tertii anni ascendit Hierosolymam,
ad festum Scenopegie, m. 112. Et autumno
illo cum Discipulis septuaginta duobus mis-
sis per diversa loca Iudæa calestem doctri-
nam disseminauit. Porro die sexto Encen-
trum sub finem Decembris initio trigesimi
quarti anni Hierosolymā rediit. Vnde paulo
post Bethaniam trans Iordanem iterum se
cedit, m. 23. Inde vero Bethaniam venit cis
Iordanem, m. 23. Ex hac secessit denuo in se-
litidinem Ephrem, m. 16. Ex qua venit in ci-
uitatem Iericho, m. 16. Et inde Bethaniā cis
Iordanem remeauit, m. 16. Et sequenti die
affello infidens solemní pompa Hierosolymā
ingreditur. Vbi feria sexta pro nostra salute
basians sibi Crucem mórem Calvarii aacen-
dit, ibiq. in ea clavis affixus emisit spiritum.

INDEX EVANGELIORVM.

A D V E N T V S.

- D**om. 1. Erunt signa in sole. *Verba autem mea non transibunt.* Cap. 44. Luc.
 Dom. 2. Cum audisset Ioannes. *Preparabit viā tuā ante te.* Cap. 35. Matt.
 Dom. 3. Miserunt Iudei ab Ierosol. *Vbi erat Ioannes baptizans.* Cap. 17. Ioan.
 Fer. 4. quatuor temp. Missus est Angelus. *verbis tuum.* Cap. 3. Luc.
 Fer. 6. Exurgens Maria abiit. *spiritus mens in Deo salutari meo.* Cap. 5. Luc.
 Sabb. Anno quintodecimo. *salutare Dei.* Cap. 14. Luc.
 Dom. 4. Anno quintodecimo. *salutare Dei.* Cap. 14. Luc.
 Vig. Nat. Cum esset desponsata. à peccatis eorum. Cap. 7. Mat.
 In nocte Nat. Domini. Exiit edictum. *bona voluntatis.* Cap. 8. Luc.
 In aurora. Pastores loquebantur. *ad illos.* Cap. 9. Luc.
 In die. In principio erat Verbū. *Plenū gratia & veritatis.* Cap. 1. 21. 78. Ioa.
 S. Stephani. Ideo ego mitto. *qui venit in nomine Domini.* Cap. 123. Mat.
 S. Ioannis. Et cum hoc dixisset. *testimonium eius.* Cap. 158. Ioan.
 SS. Innoc. Angelus Dñi apparuit. *Noluit consolari, quia non sunt.* Cap. 12. Mat.
 Dom. inf. oct. Erant Pater eius, & Mater. *erat in illo.* Cap. 11. Luc.
 Circume. Dñi. Postquam consummati. *concepitur.* Cap. 9. Luc.
 Epiph. Dñi. Cum natus esset Iesus. *Reuersti sunt in regionem suam.* Cap. 10. Mat.
 Dom. inf. oct. Cum factus esset Iesus. *Apud Deum & homines.* Cap. 13. Luc.
 Oct. Epiph. Vedit Ioannes Iesum venientē. *Quia hic est Filius Dei.* Cap. 17. Iea.
 Dom. 2. post Epiph. Nuptiæ. *Discipuli eius.* Cap. 19. Ioa.
 Dom. 3. Cum autem introisset. *in illa hora.* Cap. 53. Mat.
 Dom. 4. Et asecente eo in nau. *Quia venti & mare obediunt ei.* Cap. 33. Mat.
 Dom. 5. Simile factum est. *in horrum mecum.* Cap. 62. Mat.
 Dom. 6. Simile est regnum. *abscondita à constitutione mundi.* Cap. 61. Mat.
 Dom. in Sept. Simile est regnum. *pauci vero elekti.* Cap. 107. Mat.
 Dom. in sexag. Cum turba. *in patientia.* Cap. 60. Luc.
 Dom. in quinquag. Assumpit Iesus. *Dedit landom Deo.* Cap. 110. 111. Luc.

Q V A D R A G E S I M A.

- Fer. 4. Cinerum. Cum autem ieunatis. *& cor tuum.* Cap. 49. 50. Mat.
 Fer. 5. Cum autem introisset. *in illa hora.* Cap. 53. Mat.
 Fer. 6. Audistis quia dictum. *reddet tibi.* Cap. 49. 50. Mat.
 Sabb. Et cum sero esset factum. *salui siebant.* Cap. 70. Mar.
 Dom. 1. Ductus est Iesus. *Et ministrabant ei.* Cap. 16. Mat.
 Fer. 1. Cum venerit Filius hominis. *In vitam aeternam.* Cap. 130. Mat.
 Fer. 3. Et cum intrasset Iesus Hierosol. *Ibique mansit.* Cap. 114. 115. Mat.
 Fer. 4. quat. temp. Magister volumus. *Et soror & mater est.* Cap. 58. Mat.
 Fer. 5. Egressus Iesus. *ex illa hora.* Cap. 73. Mat.
 Fer. 6. Erat dies festus Iudeorum. *Qui fecit eum sanum.* Cap. 42. Ioan.
 Sabb. Assumpit Iesus. à mortuis resurgat. Cap. 78. Mat.
 Dom. 2. Assumpit Iesus. à mortuis resurgat. Cap. 78. Mat.
 Fer. 1. Ego vido, & quæretis me. *Facio semper.* Cap. 85. Ioan.

Fer. 3.

I N D E X.

- Fer. 3. Locutus est Iesus. *exaltabitur.* Cap. 122. Mat.
 Fer. 4. Et ascendens Iesus Hierosol. *Redemptionem pro multis.* Cap. 170. Mat.
 Fer. 5. Homo quidam. *resurrexit, credent.* Cap. 103. Luc.
 Fer. 6. Homo erat paterfamilias. *Sicut Prophetam eum habebant.* Cap. 118. Mat.
 Sabb. Homo quidam habuit duos fil. *Perierat, & innuentus est.* Cap. 100. Luc.
 Dom. 3. Et erat eijsiens dæmonium. *Et custodiunt illud.* Cap. 57. Luc.
 Fer. 2. Utique dicetis mihi. *Per medium illorum ibat.* Cap. 64. Luc.
 Fer. 3. Si autem peccauerit in te. *Sed usque septuagies septies.* Cap. 82. Mat.
 Fer. 4. Tunc accesserunt ad Iesum ab Hieros. *Non coquinat hōrem.* C. 72. Mat.
 Fer. 5. Surgens Iesus de Synagoga. *in synagogis Galilee.* Cap. 30. 31. Luc.
 Fer. 6. Venit ergo in ciuitatem Samariae. *Saluator mundi.* Cap. 24. 25. Ioan.
 Sabb. Iesus autem perrexit in montē. *Iam amplius noli peccare.* Cap. 85. Ioan.
 Dom. 4. Abiit Iesus trans mare Gal. *in montem ipse solus.* Cap. 68. 69. Ioan.
 Fer. 2. Prope erat pascha Iudaorum. *Quid est in homine.* Cap. 20. Ioan.
 Fer. 3. Iam autem die festo. *crediderunt in eum.* Cap. 84. Ioan.
 Fer. 4. Et præteriens Iesus. *Et procidens adorauit eum.* Cap. 87. Ioan.
 Fer. 5. Ibat Iesus in ciuitatem. *Quia Deus visitauit plebem suam.* Cap. 54. Mat.
 Fer. 6. Erat quidam languens. *crediderunt in eum.* Cap. 108. Ioan.
 Sabb. Ego sum lux. *Quia nondum venerat hora eius.* Cap. 85. Ioan.
 Dom. in Pass. Qui is ex vobis arguit. *Et exiuit de templo.* Cap. 86. Ioan.
 Fer. 2. Miserunt Principes & Pharisei. *Credentes in eum.* Cap. 84. Ioan.
 Fer. 3. Ambulabat Iesus in Galil. *Propter metum Iudaorum.* Cap. 72. 83. Ioan.
 Fer. 4. Facta sunt Encœnia. *Et ego in Patre.* Cap. 98. Ioan.
 Fer. 5. Rogabat Iesum quidam. *Vade in pace.* Cap. 56. Luc.
 Fer. 6. Collegerunt Pontifices. *cum Discipulis suis.* Cap. 109. Ioan.
 Sabb. Cogitauerunt Principes. *Et abscondit se ab eis.* Cap. 112. 113. 114. Ioan.
 Dom. Palm. Cum appropinquaret. *in nomine Domini.* Cap. 113. Mar.
 Fer. 2. Ante sex dies paschæ. *Quem suscitauit à mortuis.* Cap. 112. Ioan.
 Fer. 3. Passio Domini secundum Marcum.
 Fer. 4. Passio Domini secundum Lucam.
 Fer. 5. Ante diem festum. *Ita & vos faciatis.* Cap. 132. Ioan.
 Fer. 6. Passio Domini secundum Ioannem.
 Sabb. 5. Vespere autem. *Ecce pradixi nobis.* Cap. 153. Mat.
- P A S C H A .
- Dom. Resur. Maria Magdal. *Sicut dixit vobis.* Cap. 151. Mar.
 Fer. 2. Et ecce duo ex Discipulis Iesu. *In fractione panis.* Cap. 155. Luc.
 Fer. 3. Dum autem hoc loquuntur. *In omnes gentes.* Cap. 156. Luc.
 Fer. 4. Manifestauit se iterum. *Cum resurrexit à mortuis.* Cap. 158. Ioan.
 Fer. 5. Maria stabat ad monum. *Et hoc dixit mihi.* Cap. 154. Ioan.
 Fer. 6. Undecim Discipuli. *consummationem facili.* Cap. 159. Mat.
 Sabb. Una Sabbari Maria Magd. *à mortuis resurgere.* Cap. 153. Ioan.
 Dom. 1. Cum esset sero. *in nomine eius.* Cap. 156. Ioan.
 Dom. 2. Ego sum pastor. *Et unus pastor.* Cap. 88. Ioan.
 Dom. 3. Medicum & iam. *Nemo tollit à uobis.* Cap. 138. Ioan.

I N D E X.

Dom. 4. Et nunc vado ad eum, qui.	<i>Et annunciat uobis.</i>	Cap. 138. Ioan.
Dom. 5. Amen amen dico.	<i>Quia à Deo existi.</i>	Cap. 138. Ioan.
Fer. 2. Rog. Quis vestrum habebit.	<i>Potentibus se.</i>	Cap. 9t. Luc.
Vigil. Ascens. Subleuat Iesu oculis.	<i>Et ego ad te uenio.</i>	Cap. 139. Ioan.
Ascens. Dñi. Recumbentibus vndeclim.	<i>Sequentibus signis.</i>	Cap. 159. 160. Mar.
Dom. Cum uenerit Paraclitus.	<i>Quia ego dixi uobis.</i>	Cap. 137. 138. 102.
PENTECOSTES.		
Vig. Pent. Si diligitis me.	<i>Manifestabo ei meipsum.</i>	Cap. 136. Ioan.
Dom. Pent. Si quis diligit me.	<i>Sic facio.</i>	Cap. 136. Ioan.
Fer. 2. Sic Deus dilexit mundum.	<i>Quia in Deo sunt facta.</i>	Cap. 2t. Ioan.
Fer. 3. Amen amen dico vobis.	<i>Et abundantius habeant.</i>	Cap. 88. Ioan.
Fer. 4. quat. temp. Nemo potest venire.	<i>Promundi uita.</i>	Cap. 7t. Ioan.
Fer. 5. Conuocatis Iesu.	<i>curantes ubique.</i>	Cap. 55. 56. Luc.
Fer. 6. Factum est in una,	<i>mirabilia hodie.</i>	Cap. 36. Luc.
Sabb. Surgens Iesu de synagoga.	<i>in synagogis Galilæa.</i>	Cap. 30. 31. Luc.
SS. Trinit. Data est mihi,	<i>consummationem facili.</i>	Cap. 159. Mat.
Dom. 1. post Pent. Estote misericordes.	<i>fratris tui.</i>	Cap. 48. 51. Lnc.
S. Corp. Christi. Caro mea vere est.	<i>Vineat in eternum.</i>	Cap. 7t. Ioan.
Dom. 2. Homo quidam.	<i>carnam meam.</i>	Cap. 97. Luc.
Dom. 3. Erant appropinquantes.	<i>pénitentiam agente.</i>	Cap. 99. Lnc.
Dom. 4. Cum turbæ irruerent in Iesum.	<i>Secuti sunt eum.</i>	Cap. 28. Lue.
Dom. 5. Amen dico yobis.	<i>Offeres munus tuum.</i>	Cap. 47. Mat.
Dom. 6. Cum turba multa esset cum Iesu.	<i>Et dimisit eos.</i>	Cap. 74. Mar.
Dom. 7. Attendite a falsis Prophetis.	<i>In regnum calorum.</i>	Cap. 5t. Mat.
Dom. 8. Homo quidam.	<i>in aeterna tabernacula.</i>	Cap. 10t. Luc.
Dom. 9. Cm appropinquaret Iesu.	<i>Quotidie in templo.</i>	Cap. 113. 114. Luc.
Dom. 10. Dixit autem ad quosdam,	<i>humilitat, exaltabitur.</i>	Cap. 105. Luc.
Dom. 11. Et iterum exiens.	<i>Et mutos loqui.</i>	Cap. 74. Luc.
Dom. 12. Beati oculi.	<i>fac similiter.</i>	Cap. 89. 90. Luc.
Dom. 13. Et factum est dum iret,	<i>te saluum fecit.</i>	Cap. 83. Luc.
Dom. 14. Nemo potest.	<i>adijcentur uobis,</i>	Cap. 50. Mat.
Dom. 15. Ibat Iesu in ciuitatem.	<i>plenum suum.</i>	Cap. 54. Mat.
Dom. 16. Et factum est cum intrasset.	<i>exaltabitur.</i>	Cap. 97. Luc.
Dom. 17. Pharisei autem audientes.	<i>amplius interrogare.</i>	Cap. 122. Mat.
Fer. 4. quat. temp. Et respondens vnus.	<i>in oratione & ieiunio.</i>	Cap. 79. Mar.
Fer. 6. Rogabat Iesum.	<i>Vade in pace.</i>	Cap. 56. Luc.
Sabb. Dicebat autem & hanc simil.	<i>sebant ab eo.</i>	Cap. 94. 95. Luc.
Dom. 18. Et ascendens Iesus.	<i>talens hominibus.</i>	Cap. 35. 36. 37. Mat.
Dom. 19. Et respondens Iesus.	<i>Pausi uero electi.</i>	Cap. 119. Mat.
Dom. 20. Erat quidam Regulus.	<i>Ei domus eius tota.</i>	Cap. 27. Ioan.
Dom. 21. Ideo assimilatum est.	<i>cordibus desiris.</i>	Cap. 82. Mat.
Dom. 22. Tunc abeuntes Pharisei.	<i>Et quae sunt Dei, Deo.</i>	Cap. 110. Mat.
Dom. 23. Hac illo loquente.	<i>terram illam.</i>	Cap. 39. 40. 41. Mat.
Dom. 24. Cum videritis abominationem.	<i>non prateribunt.</i>	Cap. 124. Mat.

P R O .

I N D E X.

PROPRIVM SANCTORVM.

- S. Andreæ Ambulans Iesus. *Secuti sunt eum.* Cap. 27. Mat.
 Concept. B. Virg. Liber generationis. *vocatur Christus,* Cap. 4. Mat.
 S. Thom. Thomas autem unus, *& crediderunt.* Cap. 157. Ioa.
 Conuers. S. Pauli. Tunc respondens Petrus, *posse debet.* Cap. 106. Mat.
 purific. B. Virg. Postquam impleti, *plebis tua Israel.* Cap. 11. Luc.
 Cathed. S. Petri. Venit autem Iesus. *& in calis.* Cap. 76. Mat.
 S. Matthiae Apost. Confiteor tibi. *onus meum lene.* Cap. 89. Mat.
 Annunc. B. Virg. In mense autem sexto. *secundum verbum tuum.* Cap. 3. Luc.
 S. Marci. Post haec autem. *in uos regnum Dei.* Cap. 89. Luc.
 SS. Philippi & Iaco. Non turbetur cor. *Hoc faciam.* Cap. 136. Ioa.
 Inuent. S. Crucis. Erat autem homo. *uicim aeternam.* Cap. 21. Ioa.
 S. Ioannis Baptis. Elisabeth autem impletum est. *plebis sua.* Cap. 3. Luc.
 SS. Petri & Pauli. Venit Iesus in partes. *Erit solutum & in calis.* Cap. 76. Mat.
 Visit. B. Virg. Exurgens Maria, *salutari meo.* Cap. 5. Luc.
 S. Marie Magd. Rogabat Iesum. *Vade in pace.* Cap. 56. Luc.
 S. Iacobi. Tunc accessit ad Iesum, *& Patre meo.* Cap. 110. Mat.
 S. Petri ad vinc. Venit Iesus. *solutum & in calis.* Cap. 76. Mat.
 S. Laur. Amen amen dico vobis. *est in celis.* Cap. 115. Ioa.
 Transfig. Domini. Assumpt. Iesu. *& mortuis resurgat.* Cap. 78. Mat.
 Assumpt. B. V. Factum est autem dum iret. *non auferetur ab ea.* Cap. 91. Luc.
 S. Barthol. Factum est autem. *sanabat omnes.* Cap. 46. Luc.
 Decollat S. Ioa. Misit Herodes. *in monumento.* Cap. 23. 67. Mat.
 Natiu. B. Mariae. Liber generat. *Qui vocatur Christus.* Cap. 4. Mat.
 Exalt. S. Crucis. Nunc iudicium est. *ut filii lucis sis.* Cap. 115. Ioa.
 S. Matthæi. Et cum transiret inde. *ad paenitentiam.* Cap. 38. Mat.
 Dedic. S. Michael. In illa hora. *qui in calis est.* Cap. 81. Mat.
 S. Luke. Designauit Dominus. *in uos regnum Dei.* Cap. 89. Luc.
 SS. Simonis & Judæ. Hæc mando. *me gratis.* Cap. 137. Ioa.
 SS. Omnium. Videns Iesu turbas. *copiosa est in calis.* Cap. 46. Mat.
 Comm. Defunctorum. Domine si fuisses hic. *mundum uenisti.* Cap. 108. Ioa.
Commune & postulorum. *Commun. Confessorum.*
 Hoc est præcep. *Dei uobis.* cap. 137. Ioa. Sicut homo. *Domini tui.* c. 129. Mat.
 Ego sum. *uestrum impletar.* c. 137. Ioa. Sint lumbi. *hominis ueniet.* c. 94. Luc.
 Vos estis sal. *regno calorum.* c. 46. Mat. Nemo lucernā. *Illuminabit te.* c. 58. Luc.
Commun. unius Mart. Nolite timere. *uestrum erit.* c. 93. Luc.
 Amen amen. *& in calis.* c. 115. Ioa. Ecce nos. *eternam possidebit.* c. 116. Mat.
 Tunc Iesu. *opera eius.* c. 77. Mat. *Commun. Virginum.*
 Nolite arbitriari. *mercede suā.* c. 66. Mat. Simile est. *Nova & uetera.* c. 63. Mat.
 Nihil n. opertū. *Qui in calis ē.* c. 66. Mat. Simile est. *neque horam.* c. 128. Mat.
 Si quis uenit. *Meus esse Discip.* c. 98. Ioa. *Commun.* nec Virg. nec Mart.
Commun. plur. Mart. Simile est. *Nova & uetera.* c. 63. Mat.
 Cū audieri. *animas uestras.* c. 125. Mar. *Dedic. Eccl.*
 Attendite. *Angelis Dei.* c. 93. Luc. Et ingressus. *Quod petierat.* c. 111. Luc.

VER.

NOMINVM INTERPRETATIO.

- A** Bbæ: Pater meus. S.
 Abel: Vanitas, anhelitus, vapor. S.
 Abia: Pater, Voluntas Domini.
 Abilina: Lugens, Floræs, Pater mansionis
 murmurationis. D.
 Abiud: Pater landis, confessionis.
 Abraham: Pater multitudinis.
 Acaz: Apprehendens, Possidens, Videns.
 Achim: Resurgens, Confirmans, Vindi-
 cans, Frater eorum. D.
 Adum: Hö, Terrenus, Rufus, sequineus.
 Aegyptus: Angustie, Tribulationes.
 Alexander: Adiutor, Auxiliator, Viri-
 lis, Fortissimus. G.
 Alphæus: Milesimus, Doctus, Dux. D.
 Amen: Vere, Fideliter.
 Aminadab: Pater spontaneus, voventis,
 voti, Principis.
 Amon: Fidelis, Verax, Artifex, Nutri-
 cius, Padagogus.
 Andreas: Virilis, Fortissimus. G. (näs.)
 Anna: Gratiosa, Misericors, Regescens, Do-
 Annas: Affligens, Humiliäns, Respondens. D.
 Apostolus: Missus. G.
 Aram: Excelsus, Sublimis, Projiciens.
 Archelaus: Princeps populi. G.
 Architriclinus: Princeps triclinij. G.
 Arimathæa: Leo mortuus Domino, Lux
 mortis Domini. D.
 Asa: Medicus, Sanans. S.
 Augustus: ab Augurio, vel ab Augendo.
 Azor: Adiutorius, Accinctus, cœursus. S.
 Barabbas: Filius patris, magistri, confu-
 sionis, ignominie. D. (domino)
 Barachias: Benedicens dñm, Genitiebens
 Bar-ion: Filius columba.
 Barthimæus: Filius cœcus, cœxitatis. S.
 Bartholomæus: Filius sūpedetis aquas. D.
 Beelzebub: Idolum, Possessor musæ.
 Bethania: Domus obedientia, afflictionis,
 cantici, gratia domini. D.
 Bethlehem: Domus panis, belli.
 Bethphage: Domus oris vallium, buccæ
 vallis, sicum præcoquorum. D.
 Bethsaida: Domus frugum, cibariorum,
- venatorum, insidiantium. D.
 Boanerges: Filius tonitruj.
 Booz: In fortitudine, In kircœ.
 Cæsar: A ceso matris utero nascens, à cas-
 tie cù qua natus, uel casys oculis dict⁹.
 Caiphas: Inuestigator sagax, uomens ore,
 Vomitus ovis. D.
 Cana: Zelus, Æmulatio, Possessio, Lamen-
 tatio, Nidus eius, Cannæ, i. arundo.
 Chananaeus: Zelator, Æmulator.
 Capharnaum: Ager penitentia, Villa cō-
 solationis, Propositio penitentis. D.
 Cedron: Denigratus, Trifolis.
 Cephas: Petrus, à petra. S.
 Chananga: Mercatrix, Negotiatrix, cōtri-
 ta, cōfratia, Reête rñdës, Reête affigës.
 Christus: Unctus. G.
 Cleophas: Gloria omnis, Omnimoda. G.
 Corban, & Corbona: Donum, Oblatio.
 Corozai: Hoc secrétū, Hic est mysteriū. D.
 Cyrus: Dominans. G.
 Cyrenæus, & Cyrenësis: Paries, Trabes,
 Frigidi as, Occursus.
 Dalmanutha: Situla pparata, Exhauſio
 numerata, Macies, Ram⁹ pparatus, nu-
 David: Dilectus. (meratus, D.
 Decapolis: Decem ciuitatum regio. G.
 Diabolus: Criminator, Calumniator, Ac-
 cuserator. G. Volucris, Flamma, Läpas.
 Didimus: Gemellus, Geminus. G.
 Eleazar: Dei adiutorium, atrium.
 Eli: Deus meus.
 Elias: Deus dominus, Fortis dominus.
 Eliacim: Dei resurrec̄tio, affirmatio, Deus
 resurrectionis, firmitatis, vindicans.
 Elisabeth: Deus iuramenti, saturitatis,
 Dei septenarium.
 Elizæus: Dei salus, Deus saluans.
 Eliud: Deus laudis, cœfessionis, Dei la⁹, cō-
 Emanuel: Nobiscum Deus. (fessio. D.
 Emaus: Timens consilium, Matri, Gentis
 consilium, Populus abieetus. D.
 Enocenia: Renovatio, Dedicatio. G.
 Gabriel: Vir De⁹ Fortitudo Dei, Fortis me⁹
 Galilea: Volubilis, Volatilis, Rotæ.
 Gali-

- Galilæus: Volubilis, Volutabilis, Rotans.
 Gazophilacum: Vbi thesauri templi
serabantur. S. & G.
 Gehenna: Vallis deceptionis, tristitia, di-
uitiarum, D. Infernus. S. (nistratis.
 Genezareth: Hor⁹, Protectio præcipis, mi-
Geraseni: Appinquates peregrinationis,
cœfisti, ruminatio, septi, Muratis, D.
 Getsemani: Vallis pinguisima, olei. D.
 Golgotha: Caluaria,
 Gomorrah: Lana. S. Populus rebellis, ti-
mens, Manipulus, Seruitus.
 Græci: Robusti, fortes. G. Deceptores,
contristantes, cœnoi, Columbini.
 Haceldema: Ager sanguinis. (gnates,
Hebræi: Frumenta. S. Traſeantes, Irrati, Pra-
Heli: Mortariolum, S. Eleuatio, Oblatio,
Eleuans, Offerens, Pila.
 Herodes, & Herodias: Draco ignitus. S.
 Pellis gloria, Pelibus glorians, Mös
gloria, arrogante. D.
 Hosanna: Salua, obsecro, Salua nunc.
 Jacob, & Iacobus: Supplantator, Calca-
neus, Planta, Vestigium.
 Iairus: Illuminatus, illuminans.
 Janne: Respondens, Incipiens loqui, Affi-
etus, Humiliatus, Pauper. D.
 Iechonias: Preparatio dñi, Firmitas dñi.
 Ieremias: Domini celstudo, Sublimitas,
Exaltans dominum.
 Iericho. Luna, Mensis, Odor eius.
 Ierobeam. Impugnans, Obiurgans, Mul-
tiplicans populum.
 Ierosolyma, & Ierusalē. Visio pacis, Per-
fecta, consummata, Timor perfectus,
consummatus.
 Iesse. Ens, Existens, Munus, Oblatio.
 Iesus. Salvator, Parens, Eleuatus, Exi-
stens, Dñs Salvator, Domini salus. D.
 Iocaim: Domini resurrectio, confirmatio,
Dominus vindicans.
 Iorathani: Consummatus, Perfectus.
 Iohannes: Dñi gratia, donū, misericordia. D
 Ionas: Columba, Depopulans, denastans.
 Iordanis: Lebes iudicij S. & H. Demōstra-
ti, proieccio iudicij, Descensio.
- Iosaphat: Dominus index, Dñi iudicij
 Ioseph: Domini augmentum, Profectus,
Parens, Eleuatus, Existens.
 Isaac: Ritus. Ilaia: Salus Domini.
 Iscariotes: Vir occisionis, exterminatio-
nis, mortis.
 Israel: Preualens, Dominus cum Deo.
 Ituręa: Custodita. D. Mōtosa, Mōtana. S.
 Judas: Laudatio, Confesso.
 Judæi: Laudantes, Confitentes.
 Lamma: Ut quid?
 Lazarus: Dei adiutorium, atrium. D.
 Leui: Copulatus. Leuita: Copulatus.
 Lithostrotos: Lapidibus stratus. G.
 Loth. Inuolus, Colligatus, Cooperatus,
Staufen, genus resina pretiosa.
 Lucas. Resurreccio ipsi.
 Lysanias. Dissoluens tristitiam. G.
 Magdalena. Magnifica, Magnificata.
Exaltata Turris. D.
 Magedan. Euangeliū atio gratia, Poma,
Fructus gratia, Turris, Magnitudo. D.
 Magi. Sapientes, Philosophi, Sacerdotes. S.
 Malchus. Rex, Regnum, Consiliarius. D.
 Mâmona. Pecunia, Dimittia, Cupiditas. S.
 Manna. Preparatio. S. Quid?
 Marcus. Limatus, Fricatus, Expolitus
à rubigine. D.
 Maria. Domina maris. S. & H. Exaltata,
Amaritudinis mare, Myrrha, Doctrrix,
Magistra maris.
 Martha. Prouocans, Amaricans, D. Do-
ctrrix, Domina. S.
 Matthias. Donum domini. D.
 Matthæus. Donatus. D.
 Messias. Unctus Christus. G.
 Mna. Talentum, Libra. (de aqua)
 Moyses. Attritus, Assumptus, Subaudi,
Naaman. Puleber, Decorus, Motū pparāz
 Naason. Nasus, Nasus, Hinniens, Cale-
factio, Ariditas, Raucedo, Suffocatio.
 Naim. Pulchritudo, Iucunditas, Cōmo-
tio, Motus eorum. D.
 Nathanael. Donum Dei.
 Nazarenus. Separatus, Custoditus, Sancti-
ficatus, Coronatus, Flos, Floridus, Vir-

gulatum,

gultum. *Custos.*
Nazareth. *Sanctificata, Separata, Coronata, Custodia, Florida, Virgultum.* D
Nephatalim. *Comparatio, Aequiparatio, Retorsio, Tortuositas.*
Nicodemus. *Victoria populi.* G. *Sanguis innocens.*
Niniuit. *Pulchri, Speciosi, Habitacula Noe.* Consolatio, Requies.
Obed. *Seruus, Operarius.*
Ochozias. *Apprehensio, Passio, Visio dñi.*
Paracletus. *Consolator, Aduocatus.* G.
Parasceue. *Preparatio.* G.
Pascha. *Transitus, Claudicatio.*
Pentecoste. *Quinquagesima.* G.
Petrus. *Sexum, Petra.* G.
Phanuel. *Videns Deum, Facies Dei.*
Phares. *Diuisio.* Pharisæi. Diuisi.
Phase. *Transitus.*
Philippus. *Belllicosus, Amator equorū.* G.
Pilatus. *Constringens, Constrictus.* G.
Pontius. *Marinus.* G.
Probatica. *Ouina, videlicet vbi pecora sacrificanda tenebantur.* G.
Proselytus. *Aduena, Peregrinus.* G.
Rabbi, & Rabboni. *Magister.*
Racha. *Vacuus, Vanus.* D.
Rachel. *Onis.*
Rama. *Excelsa, Sublimis, Projecta.*
Roboam. *Dilatans populum, Latitudo, Platea populi.* Odo, Odorās cū populo.
Romani. *Valentes, Potentes, Robusti.* D.
Sabbathani. *Dereliquisti me.*
Sabbatum. *Requies, Cessatio.*
Sadducæi. *Sciſſi, Schismatici.* S. *Iustificati.*
Salathiel. *Postulatus, Commodatus Dei.*
Salmon. *Pacificus, Perfictus, Retribuens.*
Salome. *Pacifica, Perfecta, Retribuens.* D.
Salomon. *Pacificus.*
Samaria. *Custodia, Adamas, Vepres, Spina, Fex eius.*
Samaritanus. *Custos, Adamantinus, Spinofus, Fex, Feculentus.*
Sarepta. *Angustia bucella, panis, Cöfla-*
tio, Conflatorum, Persuasio.
Satan, & Satanas. *Cötrarius, aduersarius.*
Scenopégia. *Festum tabernaculorum.* G.
Sicera. *Ebrietas.*
Sichar. *Conclusio, Clausura, Inebriatio, Merces.* D.
Sichem. *Humerus, Pars, Matutina iatio.*
Sidon. *Vena io, Inflatio, Viaticum, Cibarium, Nasus nuditij.* D.
Siloe. *Spoliatus, Spoliatus, S. Missus, Mitterens, Ramus, Telum.*
Simeon. *Audiens, Exauditio.*
Simon. *Audiens, Obediens.* D.
Sion. *Acerus, Tumul⁹, Specula, Siccas.*
Sodoma. *Secretum, Calx, Cemetiū eorū.*
Syrophanissa. *Attracta, Attractio, Rubedo.*
Syrus. *Purpurea, G. Excelsum, Sublimis, Decipiens, Maledictio eorum.*
Talitha. *cumi. Puella, Surgi.* S. & H.
Thabor. *Electio, Puritas, S. Contritio, Conficiatio.*
Thaddæus. *Laudans, Confitens.*
Thamar. *Palmae, Da filius, Commutatio, Permutatio, Amaritudo.* (bitans.)
Thesbites. *Captiuas, Cöueriēs, Sedes, Ha*
Thomas. *Abyssus, D, Geminus, Gemin⁹.* G
Tiberias. *Bona visio, Umbilicus, Confractio.*
Timæus. *Cœcus, Cœcitas.*
Triaconitis. *Saxosa, Aspera.* G.
Tytus. *Tribulatio, Obsidio, Angustia, Viculum, Colligatio, Plasmatio, Figuratio, Fortitudo, Petra.*
Zabulon. *Habitaculum, Habitans.*
Zacheus. *Purus, Nitidus, D. Iustus, Iufiſciatus.* S.
Zaccharias. *Memoria, Masculus domini.*
Zebedæus. *Dos, Dotatus, Flux⁹ vehemens.*
Zelotes. *Aemulator.* G.
Zorobabel. *Alienus à confusione, Aliena, Extranea cōſuſio, Extranea cōmixtio, Disperſio confusioneis, Cōnſiſtioneis, Circulus confusioneis, commiſſioneis.*

S E R I E S C A P I T V M .

A Eterna Christi genera-	Filius Viduz	c.54	Lazarus	c.108
tio.	Legatio Ioannis	c.55	Confilium primum	c.109
Conceptio. S. Ioan.	Mulier peccatrix	c.56	Filiij Zebedzi	c.110
Tpalis Christi generatio.	Dæmoniac. cæc. & mut.	c.57	Iericho	c.111
Christi genealogia.	Signum Ionz	c.58	Cena Bethaniz	c.112
Visitatio Elisabeth.	Exclamatio mulieris	c.59	Rami palmarum	c.113
Natiuitas S. Ioannis.	Parab. feminatis	c.60	Eiedio iec. & templo.	c.114
Reuelat. Conceptus Virg.	Explicatio parab.	c.61	Gentiles.	c.115
Natiuitas D. N. Iesu.	Parab. zizaniorum	c.62	Ficulnea	c.116
Pastores Circumcisio.	Explic. Theſ. Marg. Sag.	c.63	In qua potestate	c.117
Magi.	Nazareth	c.64	Vinea locata	c.118
Præsentatio.	Mifio Apostolorum.	c.65	Nuptiæ Regis	c.119
Innoc. fuga in Aegyptu.	Prædictio tolerandorum.	c.66	Tributum foliudū.	c.120
Duodenus Iesu.	Decollatio S. Ioannis.	c.67	Sadducæi	c.121
Oſtentio Ioannis.	Reuersio Apost.	c.68	Quæſtiones	c.122
Baptismus Christi.	Quinque panes	c.69	Comminationes	c.123
Tentatio	Iesus super mare	c.70	Euerſio Ierusalem.	c.124
Teſtimoniū primū Ioan.	Panis cælestis	c.71	Iudicij signa terrestria.	c.125
Vocatio prima discipul.	Illorū manus	c.72	Signa cæleſta	c.126
Nuptiæ Canz Galilez.	Cananza	c.73	Ignotus dies Iudicij	c.127
Eiecio prima ē Téplo.	Septem panes	c.74	Decem Virgines	c.128
Nicodemus.	Fermentum Pharisæo.	c.75	Talenta	c.129
Testimon. alterū Ioan.	Quis Christus	c.76	Iudicium	c.130
Incarceratio Ioan.	Ferenda Crux.	c.77	Vendicio. Agnus	c.131
Samaritana	Transfiguratio	c.78	Loto pedum	c.132
Samaritani	Puer dæmoniacus	c.79	Eucharistia	c.133
Filius Reguli	Didrachma	c.80	Proditor proditur	c.134
Vocatio ſeunda discip.	Quis maior	c.81	Scandalizandi Apſt.	c.135
Copioſa piftatio	Condonandum	c.82	Sermo poſt cenam	c.136
Dæmoniacus in Sinag.	Decem ieproſi	c.83	Continuat. ferm.	c.137
Socrus Simonis	Scenopegia	c.84	Continuat. ferm.	c.138
Circuito oalizze.	Adultera	c.85	Oratio	c.139
Reprebenſio trium	Seruitus peccati	c.86	Hortus	c.140
Maris tempeſtas	Cæcus natus	c.87	Comprehensio	c.141
Legio dæmoni pellitus.	Verus paſtor	c.88	Sententia Iudæorum	c.142
In porcos mittitur legio.	Mifio Discipulorum.	c.89	Negationes Petri.	c.143
Paralyticus	Samaritanus	c.90	Confirmatio sententiæ.	c.144
Sanatio Paralyticuſ	Martha. Oratio	c.91	Accuſationes	c.145
Vocatio Matthei.	Prandium Pharisæi	c.92	Flagellatio	c.146
Apoſtoli cor nō ieiunet.	Nec mors. nec egeſtas tis.	c.93	Coronatio. Condemn.	c.147
Emorrhoiſa	Seruus fidelis	c.94	Crucifixio	c.148
Filia Archibysnagogi.	Mulier contrada	c.95	Improperia	c.149
Piscina	Porta angusta	c.96	Iefu pendente viuo	c.150
Acqualitatem cum Patre.	Hydropicus	c.97	Iefu pendente mortuo.	c.151
Confiratio ſpicarum	Encœnia	c.98	Sepultura	c.152
Mauis arida	Ouis. Drachma	c.99	Rekurrendio	c.153
Sermo Domini in monte	Filius prodigus	c.100	Apparitio 1.	c.154
Continuat. sermonis.	Villicus	c.101	Apparitio 2.	c.155
Continuat. ferm.	Matrimonium	c.102	Apparitio 3.	c.156
Continuat. ferm.	Epulo	c.103	Apparitio 4.	c.157
Continuat. ferm.	Varia documenta	c.104	Apparitio 5.	c.158
Continuat. ferm.	Oratio. Humilitas	c.105	Apparitio 6. & 7.	c.159
Continuat. ferm.	Adolescens diues	c.106	Alcenſio	c.160
Seruus Centurionis	Operarij	c.107		



B

E X L V C A.

Voniam quidem multi conati sunt ordinare narrationem, quæ in nobis completae sunt, rerum: sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipsi viderunt, & ministri fuerunt sermonis: visum est & mihi, assecuto omnia à principio diligenter, ex ordine tibi scribere, optimo Theophile, ut cognoscas eorum verborum, de quibus eruditus es, veritatem.

Æterna Iesu Christi generatio. Cap. I.



I O A N. I.

Nº principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum.

B Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil, quod factum est, in ipso vita erat, & vita erat lux hominum: & lux in tenebris lucet, & tenebrae eam non comprehendenterunt.

C Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.

A Conce-



L V C. I.

EVIT in diebus Herodis, regis Iudeæ, sacerdos quidam nomine Zacharias de vice Abia, & vxor illius de filiabus Aaron, & nomen eius Elisabeth. Erant autem iusti ambo ante Deum, incidentes in omnibus mandatis, & iustificationibus Domini; sine querela, & non erat illis filius, eo quod esset Elisabeth sterilis, & ambo processissent in diebus suis.

Factum est autem, cum sacerdotio fungeretur in ordine vicis suæ ante Deum, secundum consuetudinem sacerdotij, ^A sorte exiit ut in censem poneret, ingressus in templum Domini: ^B & omnis multitudo populi erat orans foris hora incensi.

^C Apparuit autem Angelus Domini, stans à dextris altaris incensi. Et Zacharias turbatus est videns, & timor irruit super eum. Ait autem ad illum Angelus: Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est de precatio tua: & vxor tua Elisabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Ioannem: & erit gaudium tibi, & exultatio, & multi in nativitate eius gaudebunt: erit enim magnus coram Domino: & vinum, & sicerat non biber, & Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ: & multos filiorum Israël conuerteret ad Dominum Deum ipsorum: & ipse præcedet ante illum in spiritu, & virtute Eliae: ut conuerterat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iustorum, parare Domino plebem perfectam.

Et dixit Zacharias ad Angelum: Vnde hoc sciam? ego enim sum senex, & vxor mea processit in diebus suis. Et respondens Angelus dixit ei: Ego sum Gabriel, qui astro ante Deum: & missus sum locus ad te, & hæc tibi euangelizare. Et ecce eris racens, & non poteris loqui usque in diem, quo hæc fiant, pro eo quod non creditisti verbis meis, quæ implebuntur in tempore suo. Et erat plebs expectans Zachariam: & mirabantur quod tardaret ipse in templo. Egressus autem non poterat loqui ad illos, & cognoverunt quod visionem vidisset in templo. Et ipse erat innuens illis, & permanxit mutus.

Ecce factum est, ut impleri sunt dies officij eius abiit in domum suam: post hos autem dies concepit Elisabeth vxor eius, & occultabat se mensibus quinque, dicens: Quia sic fecit mihi Dominus in diebus, quibus respergit auferre opprobrium meum inter homines.



M A T. I.

L V C. I.

Christi au-
tem gene-
ratio sic erat.

^b **I**n mense autem ^c sexto, ^a mis-
sus est Angelus Gabriel à Deo
in Ciuitatem Galilææ, cui nomen
Nazareth, ad Virginem desponsa-
tam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid, & no-
men virginis Maria. ^b Et ingressus Angelus ad eam dixit:
Aue gratia plena: Dominus tecum: Benedicta tu in mu-
lieribus.


Quæ cum audisset turbata est in sermone eius, & co-
gitabat qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei:
Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum.
Ecce concipies in vtero, & paries filium, & vocabis no-
men eius I E S V M. hic erit magnus, & Filius Altissimi vo-
cabitur, & dabit illi Dominus Deus sedem Dauid patris
eius: & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius
non erit finis.

Dixit autem Maria ad Angelum: Quomodo fiet istud,
quoniam virum non cognosco? Et respondens Angelus di-
xit ei: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi
obumbrabit tibi. Ideoque & quod nascetur ex te Sanctum,
vocabitur Filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua, &
ipsa concepit filium in senectute sua: & hic mensis sextus
est illi, quæ vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud
Deum omne verbum.

Dixit autem Maria: Ecce an-
cilia Domini, fiat mihi secundum
verbum tuum. ^c Et discessit ab
illa Angelus.

I O A. I.

E T Verbum caro fa-
ctum est, & habitauit
in nobis.



M A T T H. I.

LI B E R generationis Iesu Christi filij Dauid filij Abraham. Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Iacob. Iacob autem genuit Iudam, & fratres eius. Iudas autem genuit Phares, & Zaram de Thamar. Phares autem genuit Esron. Esron autem genuit Aram. Aram autem genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Naasson. Naasson autem genuit Salmon. Salmon autem genuit Booz de Rahab. Booz autem genuit Obed ex Ruth. Obed autem genuit Iesse. Iesse autem genuit Dauid Regem.

Dauid autem rex genuit Salomonem ex ea, quæ fuit Vriæ. Salomon autem genuit Roboam. Roboam autem genuit Abiam. Abias autem genuit Asa. Asa autem genuit Iosaphat. Iosaphat autem genuit Ioram. Ioram autem genuit Oziam. Ozias autem genuit Ioatham. Ioatham autem genuit Achaz. Achaz autem genuit Ezechiam. Ezechias autem genuit Manassen. Manasses autem genuit Amon. Amon autem genuit Iosiam. Iosias autem genuit Iechoniam, & fratres eius in transmigratione Babylonis.

Et post transmigrationem Babylonis: Iechonias genuit Salathiel. Salathiel autem genuit Zorobabel. Zorobabel autem genuit Abiud. Abiud autem genuit Eliacim. Eliacim autem genuit Azor. Azor autem genuit Sadoc. Sadoc autem genuit Achim. Achim autem genuit Eliud. Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Mathan. Mathan autem genuit Iacob. Iacob autem genuit Ioseph virum Mariæ, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus. Omnes itaque generationes ab Abraham usque ad Dauid, generationes quattuordecim: & a Dauid usque ad transmigrationem Babylonis, generationes quattuordecim: & a transmigratione Babylonis usque ad Christum generationes quattuordecim.



B

C

L V C. I.

EXVRGENS autem Maria in diebus illis ^a abijt in montana cum festinatione, in ciuitatem Iuda: Et ^b intravit in domum Zachariæ, & salutauit Elisabeth. Et factum est, vt audiuit salutationem Mariæ Elisabeth, exultauit infans in vtero eius: & repleta est Spiritus sancto Elisabeth: & exclamauit voce magna, & dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Et unde hoc mihi vt veniat mater Domini mei ad me? Ecce enim vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo. Et beata, quæ credidisti, quoniam perficiuntur ea, quæ dicta sunt tibi à Domino.

Et ait Maria: Magnificat anima mea Dominum: & exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna qui potens est: & sanctum nomen eius. Et misericordia eius à progenie in progenies timentibus eum. Fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui. Depositus potentes de sede, & exaltauit humiles. Esridentes impleuit bonis: & diuites dimisit inanes. Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiæ suæ. Sicut locutus est ad Patres nostros, Abraham, & semini eius in sæcula.

Mansit autem Maria cum illa quasi mensibus tribus.
^c & reuersa est in domum suam.



5

ELISABETH ^a autem impletum est tempus pariendi, & perit filium. Et audierunt vicini, & cognati eius quia magnificauit Dominus misericordiam suā cum illa, ^b & congratulabantur ei. Et factum est in die octauo, venerunt ^c circumcidere puerum, & vocabant eum nomine patris sui Zachariam. Et respondens mater eius, dixit: Nequaquam, sed vocabitur Ioannes. Et dixerunt ad illam: Quia nemo est in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine.

Innuebant autem patri eius, quem vellet vocari eum. Et postulans pugillarem ^b scripsit, dicens: Ioannes est nomen eius. Et mirati sunt vniuersi. Apertū est autem illico os eius, & lingua eius, & loquebatur benedicens Deum. Et factus est timor super omnes vicinos eorum: & super omnia montana Iudææ diuulgabuntur omnia verba hęc: & posuerunt omnes, qui audierant in corde suo, dicentes: Quis, putas, puer iste erit? Etenim manus Domini erat cum illo.

Et Zacharias pater eius repletus est Spiritu sancto: & prophetauit, dicens. Benedictus Dominus Deus Israel: quia visitauit, & fecit redemptionem plebis sue. Et erexit cornu salutis nobis: in domo Dauid pueri sui. Sicut locutus est per os sanctorum: qui a seculo sunt, prophetarum eius. Salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium, qui oderunt nos. Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris: & memorari testamenti sui sancti. Iusserandum, quod jurauit ad Abraham patrem nostrum: daturū se nobis. Ut sine timore, de manu inimicorum nostrorum liberati: seruiamus illi. In sanctitate, & iustitia coram ipso: omnibus diebus nostris. Et tu puer, propheta Altissimi vocaberis: preibis enim ante faciem Domini parare vias eius. Ad dandam scientiam salutis plebi eius: in remissionem peccatorum eorum. Per viscera misericordię Dei nostri: in quibus visitauit nos, oriens ex alto. Illuminare his, qui in tenebris, & in umbra mortis sedent: ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Puer autem crescebat, & confortabatur spiritu: & erat in desertis usque in diem ostensionis suę ad Israel.



6

M A T T H. I.

CV M esset desponsata mater eius Maria Ioseph, antequam conuenirent, inuenta est in utero habens de Spiritu sancto. Ioseph autem vir eius, cum esset iustus, & nollet eam traducere: voluit occulte dimittere eam.

^a Hæc autem eo cogitante, ^b ecce Angelus Domini apparuit in somnis ei, dicens: Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam: quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est: pariet autem filium: & vocabis nomen eius I E S V M: ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur quod dictum est a Domino per Prophetam dicentem: Ecce virgo in utero habebit, & pariet filium: & vocabunt nomen eius Emmanuel, quod est interpretatum, Nobiscum Deus.

^c Exurgens autem Ioseph a somno, fecit sicut præcepit ei Angelus Domini, & accepit coniugem suam. Et non cognoscebat eam donec peperit filium suum primogenitum: & vocauit nomen eius I E S V M.



7

L V C. II.

FACTVM est autem in diebus illis, exiit editum à Cæsare Augusto ut describeretur unus orbis. Hæc descriptio prima, facta est a præside Siriæ Cyrino: & ibant omnes ut profiterentur singuli in suam ciuitatem.^a Ascendit autem & Ioseph. a Galilæa de ciuitate Nazareth in Iudeam in ciuitatem Dauid, quæ vocatur Bethlehem: eo quod esset de domo, & familia Dauid, ut profiteretur cum Maria despensata sibi vxore prægnante.

Factum est autem, cum essent ibi, impleti sunt dies ut pareret.^b Et peperit filium suum primogenitum.

^c Et pannis eum inuoluit, & ^d reclinavit eum in præsepio: quia non erat eis locus in diuersorio.



Pasto-



L V C . I I .

ET ^a pastores erant in regione eadem vigilantes , & custodientes vigilias noctis super gregem suum . ^b Et ecce angelus Domini stetit iuxta illos , & claritas Dei circumfulsit illos , & timuerunt timore magno . Et dixit illis Angelus : Nolite timere : ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum , quod erit omni populo : quia natus est vobis hodie Saluator , qui est Christus Dominus in ciuitate David . Et hoc vobis signum : Inuenietis infantem pannis inuolutum , & positum in præsepio .

^c Et subito facta est cum Angelo multitudo militiæ cœlestis laudantium Deum , & dicentium : Gloria in altissimis Deo , & in terra pax hominibus bona voluntatis .

Et factum est , ut discesserunt ab eis Angeli in cælum : pastores loquebantur ad inuicem : Transeamus usque Bethlehem , & videamus hoc verbum , quod factum est , quod Dominus ostendit nobis . Et venerunt festinantes : & inuenerunt Mariam , & Ioseph , & infantem positum in præsepio . ^d Videntes autem cognoverunt de verbo , quod dictum erat illis de puerò hoc . Et omnes , qui audierunt , mirati sunt : & de his , quæ dicta erant à pastoribus ad ipsos . Maria autem conseruabat omnia verba hæc , conferens in corde suo . Et reuersi sunt pastores glorificantes , & laudantes Deum in omnibus , quæ audierant , & viderant sicut dictum est ad illos .

Et postquam consummati sunt dies octo ut ^e circumcidetur puer : vocatum est nomen eius I E S U S , quod vocatum est ab Angelo prius quam in utero conciperetur .



MATTH. II.

CV M ergo natus esset Iesus in Bethlehem Iuda in diebus Herodis regis, ^a ecce Magi ab oriente venerunt Ierosolymam, dicentes: Vbi est qui natus est rex Iudeorum? vidi mus enim stellam eius in oriente, & venimus adorare eum.

Audiens autem Herodes rex, turbatus est, & omnis Ierosolyma cum illo.^b Et congregans omnes principes sacerdotum, & Scribas populi, sciscitabatur ab eis vbi Christus nasceretur. At illi dixerunt ei: In Bethlehem Iudea. Sic enim scriptum est per Prophetam: Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda: ex te enim exierit dux, qui regat populum meum Israel.

^c Tunc Herodes clam vocatis Magis diligenter didicit ab eis tempus stellæ, quæ apparuit eis; & mittens illos in Bethlehem, dixit: Ite, & interrogate diligenter de puerō: & cum inuenieritis, renunciate mihi, ut & ego veniens adorem eum. Qui cum audissent regem, abierunt. & ecce stella, quam viderant in oriente, antecedebat eos, usquedum veniens staret supra, ubi erat puer. Videntes autem stellam gauisi sunt gaudio magno valde.

^d Et intrantes domum, inuenierunt puerum cum Maria matre eius, & procidentes adorauerunt eum: & apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham. Et responso accepto in somnis ne redirent ad Herodem, ^e per aliam viam reuersi sunt in regionem suam.



MATTH. II.

L V C. II.

Qui cum re- **E**t postquam impleti sunt dies pur-
cessissent, **E**gationis eius secundum legem Moy-
si, ^A tulerunt illum in Ierusalem, ut siste-
rent eum Domino, sicut scriptum est in lege Domini: Quia
omne masculinum adaperiens vuluam, sanctum Domino vo-
cabitur. & vt darent hostiam secundum quod dictum est in lege
Domini par turturum, aut duos pullos columbarum.

Et ecce homo erat in Ierusalem, cui nomen Simeon, & ho-
mo iste iustus, & timoratus, expectans consolationem Israel, &
Spiritus sanctus erat in eo. Et responsum acceperat a Spiritu
sancto, non visurum se morte, nisi prius videret Christum Do-
mini. Et venit in spiritu in templum. Et cum inducerent pue-
rum Iesum parentes eius, ut facerent secundum consuetudinem
legis pro eo: ^B & ipse accepit eum in vlnas suas, & benedixit
Deum, & dixit. Nunc dimittis seruum tuum Domine secun-
dum verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei salutare
tuum. Quod parasti ante faciem omnium populorum. Lumen
ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuz Israel. Et erat
pater eius & mater mirantes super his, quæ dicebantur de il-
lo. Et benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariam matrem
eius: Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem
multorum in Israel: & in signum, cui contradicetur: & tuam
ipsius animam pertransibit gladius, ut reuelentur ex multis
cordibus cogitationes.

^C Et erat Anna prophetissa, filia Phanuel, de tribu Aser: hæc
processerat in diebus multis, & vixerat cum viro suo annis se-
ptem a virginitate sua. Et hæc vidua usque ad annos octoginta
quatuor: quæ non discedebat de templo, ieunijs, & obse-
crationibus seruiens nocte, ac die. Et hæc, ipsa hora superuen-
iens, confitebatur Domino: & loquebatur de illo omnibus, qui
expectabant redemptionem Israel.



L V C . II .

M A T T H . II .

Et ut perfecerūt ^b omnia secūdum **E**cce ^a Angelus Domini appa-
legem Domini. **E**ruit in somnis Ioseph , dicens :
Surge , & accipe puerum , & matrem
eius , & fuge in Aegyptum , & esto ibi vsque dum dicam
tibi . Futurum est enim ut Herodes quārat puerum ad per-
dendum eum . Qui consurgens accepit puerum , & matrem
eius nocte , ^b & secessit in Aegyptum : & erat ibi vsque ad
obitum Herodis : ut adimpleretur quod dictum est a Do-
mino per Prophetam dicentem : Ex Aegypto vocauit fi-
lium meum .

Tunc Herodes videns quoniam illusus esset a Magis , ira-
tus est valde , & mittens ^c occidit omnes pueros , qui erant
in Bethlehem , & in omnibus finibus eius a bimatu & infra
secundum tempus , quod exquisierat a Magis . Tunc adim-
pletum est quod dictum est per Ieremiam prophetam di-
centem : Vox in Rama audita est ploratus , & ululatus mul-
tus : Rachel plorans filios suos , & noluit consolari , quia
non sunt .

Defūcto aut̄ Herode , ^d ecce Angelus Domini apparuit
in somnis Ioseph in Aegypto , dicens : Surge , & accipe pue-
rum , & matrem eius , & vade in terram Israel : defuncti sunt
enim , qui quārebat animam pueri . Qui consurgens , ac-
cepit puerum , & matrem eius , & venit in terram Israel . Au-
diens autem quōd Archelaus regnaret in Iudea pro Hero-
de patre suo timuit illō ire : & admonitus in somnis , secessit
in partes Galilæa . ^e Et veniens habitatuit in ciuitate , quæ
vocatur Nazareth : ut adimpleretur quod dictum est per
Prophetas : Quoniam Nazareus vocabitur .



L V C. II.

REVERSI sunt in Galilæam in ciuitatem suam Nazareth. Puer autem crescebat, & confortabatur plenus sapientia: & gratia Dei erat in illo. Et ibant parentes eius per omnes annos in Ierusalem, in die sollemni Paschæ. Et cum factus esset annorum duodecim,^A ascendentibus illis Ierosolymam secundum consuetudinem diei festi, consummatisq. diebus, cum redirent, remansit puer Iesus in Ierusalem, & non cognoverunt patentes eius.

Existimantes autem illum esse in comitatu,^B venerunt iter diei, & requirebant eum inter cognatos, & notos. Et non inuenientes, regressi sunt in Ierusalem, requirentes eum. Et factum est, post triduum inuenerunt illum in templo^C sedentem in medio doctorum audientem illos, & interrogantem eos. Stupebant autem omnes, qui eum audiebant, super prudentia, & responsis eius. Et videntes admirati sunt.

^D Et dixit mater eius ad illum: Fili, quid fecisti nobis sic? ecce pater tuus, & ego dolentes quærebamus te. Et ait ad illos: Quid est quod me quærebatis? nesciebatis quia in his, quæ Patris mei sunt, oportet me esse? Et ipsi non intellexerunt verbum, quod locutus est ad eos. ^E Et descendit cum eis, & venit Nazareth: & erat subditus illis. Et mater eius conseruabat omnia verba hæc in corde suo. Et Iesus proficiebat sapientia, & ætate, & gratia apud Deum, & homines.



M A R . I .

ANITIV M Euangelij
Icū Christi, Filij Dei.
Sicut sc̄psum est in Itaia
propheta: Ecce ego mitto
Angelum meum ante fa-
ciem tuam, qui pr̄parabit
viam tuam ante te. Vox
clamantis in deserto: Pa-
rate viam Domini, rectas fa-
cite semitas eius. Et Fuit
Ioannes in deserto a bap-
tizans, & pr̄dicans baptis-
mum p̄nitentiae in remis-
sionem peccatorum. Et
[egreditur] ad eum nō om-
nis Iudea regio, & Iero-
polymita vniuersi, & ba-
ptizabantur ab illo in Ior-
danis flumine, confiten-
tes peccata sua. Et erat
Ioannes vestitus pilis ca-
meli, & zona pellicea cir-
ca luxibus eius, & locu-
stas, & mel filuſtre ede-
bat.

L V C . III .

ANNO autē quindecim
imperij Tiberij
Calaris, procurante Pontio
Pilato Iudeā, tetrarcha ait
Galilæa Herode, Philippo
aut fratre eius tetrarcha Iu-
ræ, & Trachonitidis regio-
nis, & Lymania Abiinē tetrar-
cha, sub principib⁹ tacerdo-
tum Anna, & Caipha, factū
est verbū Dñi super Ioannē,
Zachariam filium, in deserto:
Et venit in omnē regionem
Iordanis, pr̄dicans baptismū
p̄nitentiae in remissione pec-
catorū, sicut script⁹ est in Li-
bro sermoni Isaïz prophete:
Vox clamantis in deserto: Pa-
rate viam Dñi: rectas facite
semitas eius: omnis vallis im-
Plebitur: & omnis mons, &
collis humiliabitur: & erunt
praua in directa: & aspera in
vias planas: & videbit omni-
nis caro salutare Dei.

2 Dicebat ergo 3 ad tur-
bas quæ exibant ut baptizarentur ab ipso: [Genuina] ri-
perarum quis [ostendit] vobis fugere a ventura ira? Facite ergo
[fructus digni] p̄nitentia, & ne cœperitis dicere: Pa-
trem habemus Abraham. Dico enim vobis quia potens est
Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Iam enim securi-
ris ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor non [fa-
ciens] fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. 7 Et
interrogabant eū turbæ, dicens: Quid ergo faciemus?
Respondens autem dicebat illis: Qui habet duas tunicas,
det non habenti: & qui habet cœla, similiter faciat.
Venerunt autem & publicani 4 ut baptizarentur, & dixe-
runt ad illum. Magister, quid faciemus? At ille dixit ad
eos: Nihil amplius, quam quod constitutum est vobis, fa-
ciatis. Interrogabat autē eū & milites, dicentes: Quid
faciemus & nos? Et ait illis: Nemine concutiatatis, neque
calumniæ faciatis: & contenti cito stipendijs veliris.

b Et pr̄dicabat dicens.
Venit fortior me post me:
I cuius non sum dignus pro-
cumbens soluere corrigiam
calceamentorum eius.
Ego e baptizauit vos aqua,
ille vero baptizabit vos Spi-
ritus sancto.

a Existimante autem po-
pulo, & cogitantibus omni-
bus in cordibus suis de Ioan-
ne, ne forte ipse esset Christus: respondit Ioannes, c dicens
omnibus: Ego quidem
aqua baptizo vos: [veniet] ha-
tem fortior me, cuius non sum
dignus soluere corrigiam cal-
ceamentorum eius: ipse vos baptizabit in Spiritu sancto, & igni. Cu-
ius ventilabrum in manu sua:
& permundabit aream suam:
& congregabit triticum suum
in horreum, paleas autem com-
buret igni inextinguibili.

I O A N . I .

EVIT homo missus a Deo,
cui nomen erat Ioannes.
Hic venit in testimoniu[m] ut testi-
moniu[m] perhiberet de lumine, ut
oēs crederent per illū, non erat
ille lux, sed ut testimoniu[m] perhi-
beret de lumine. MAT. III.

d In diebus autē e illis venit
Ioannes Baptista pr̄dicans in de-
serto g Iudea, &c dicens: Po-
nitentia agite: appropinquauit
enim regnum celorum. Hic est
enim, qui diuīs est per Isaiam
prophetā dicente: Vox claman-
tis in deserto: Parate viam Dñi:
rectas facite semitas eius. Ip-
se autem Ioannes habebat refi-
nementum de pilis camelorum, & zo-
nā pelliceam [circa lumbos suis.]
esta autē eius erat locuta, et mel si-
nister, m Tunc exhibat ad eū [Te-
rosolyma, & omni Iudea,] o &
omnis regionis circa lordanum,
& baptizabātur ab eo in lordanu[m],
confiteme peccata sua.

1 Videat autem multis Pha-
risæorum, & Sadducæorum ve-
nientes ad baptismum suum,
[dixit eis:] 4 Progenies vipe-
rarum, quis demonstrauit vo-
bis fugere a ventura ira? Facite
ergo fructum dignum p̄nitentie.
Et ne velitis dicere & intra-
vos: Patrem habemus Abrahā.
dico enim vobis quoniam po-
tentis est Deus de lapidibus istis
suscitare filios Abrahæ. Iam
enim securis ad radicem arbo-
rum posita est. Omnis ergo ar-
bor, qua non facit fructum bo-
num, excidetur, & in ignem
mittetur.

. d Ego quidem e baptizo
vos in aqua in p̄nitentiam:
1 qui autem k post me ventu-
rus est, fortior me ej⁹, cuius non
sum dignus in calceamenta o-
portare: ipse vos baptizabit
in Spiritu sancto, & igni. Cu-
ius ventilabrum in manu sua:
& permundabit aream suam:
& congregabit triticum suum
in horreum, paleas autem com-
buret igni inextinguibili.



M A R . I .

M A T T H . I I I .

ET F A C T U M
est : in diebus
illis venit Iesus a
Nazareth Galilæa :
& baptizatus est
a Ioanne ^a in Iorda-
ne .

10 Et statim ascen-
dens de aqua , vicit
cælos apertos , &
Spiritum tamquam
columbam descend-
tentem , & ^c manen-
tem in ipso . *Et uox*
fæta est de celis:] Tu
es filius meus dilectus ,
in te complacui .

TVNG venit Iesus a [Galilæa] ^b in Iordanem ad
Ioannem , ut baptizaretur ab eo . Ioannes autem
prohibebat eum , dicens : Ego a te debeo baptizari , &
tu venis ad me ? Respondens autem Iesus , dixit ei : Sine
modo . Sic enim decet nos implere omnem iustitiam .
Tunc dimisit eum . ^d Baptizatus autem Iesus , confessim
ascendit de aqua .

1 Et ecce 4 aper-
ti sunt ei cæli : 6 &
vidit spiritum Dei
descendentem sicut
columbam , & ve-
nientem super se . Et
ecce vox de celis 8 di-
cens : [*Hic est] filius*
meus dilectus , [in quo]
mihi complacui .

2 Factum est autem 3 cum
baptizareretur omnis popu-
lus , & Iesu baptizato , & ^b
orante [*apertum est columba*] ; &
descendit spiritus sanctus
corporali specie sicut co-
lumba in ipsam . ^c 7 vox
de cælo facta est : 9 In es-
tus meus dilectus , in te co-
placui mihi .

Et ipse Iesus erat inci-
piens quasi annorum triginta , ut putabatur filius Joseph , qui fuit Heli , qui
fuit Mathat , qui fuit Leui , qui fuit Melchi , qui fuit Ianae , qui fuit Joseph ,
qui fuit Mathathia , qui fuit Amos , qui fuit Nahum , qui fuit Heli , qui
fuit Nagge , qui fuit Mahath , qui fuit Machathia , qui fuit Semei , qui
fuit Ioseph , qui fuit Iuda , qui fuit Ioanna , qui fuit Refa , qui fuit
Zorobabel , qui fuit Salachiel , qui fuit Neri , qui fuit Melchi , qui fuit
Addi , qui fuit Cofan , qui fuit Elmadam , qui fuit Her , qui fuit Iesu , qui
fuit Eliezer , qui fuit Ioram , qui fuit Mathat , qui fuit Leui , qui fuit Si-
meon , qui fuit Iuda , qui fuit Ioseph , qui fuit Iona , qui fuit Elakim ,
qui fuit Melea , qui fuit Menna , qui fuit Mathatha , qui fuit Nathan , qui
fuit David , qui fuit Iesse , qui fuit Obed , qui fuit Booz , qui fuit Salmon ,
qui fuit Naasson , qui fuit Aminadab , qui fuit Aram , qui fuit Esron , qui
fuit Phares , qui fuit Iuda , qui fuit Iacob , qui fuit Isaac , qui fuit Abraham ,
qui fuit Thare , qui fuit Nachor , qui fuit Sarng , qui fuit Ragau , qui fuit
Phaleg , qui fuit Heber , qui fuit Sale , qui fuit Cainan , qui fuit Arphaxad ,
qui fuit Sem , qui fuit Noe , qui fuit Lamech , qui fuit Mathusale , qui fuit
Henoch , qui fuit Jared , qui fuit Malaleel , qui fuit Cainan , qui fuit Henos ,
qui fuit Seth , qui fuit Adam , qui fuit Dei .

Iesus



L V C. IV.

M A R. I.

M A T T H. IV.

IESVS autē plenus Spiritus sancto regressus est a Jordane: [*& agebat a Spiritu in desertum diebus quadraginta, & tētabatur a diabolo.*] **E**t nihil manducauit in diebus illis: *& g* consummatis illis esurijt.

Dixit autem illi [*diabolus*]: *Si filius Dei es, dic lapidi huic ut panis fiat.* **E**t respondit ad illum Iesus: Scriptum est: *Quia non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo Dei,* **E**t duxit illum diabolus in montem excelsum, *& ostendit illi omnia regna [orbis terra]* **I**n momento temporis, & ait illi: **T**ibi dabo potestatem hanc vniuersam, & gloriam illorum: quia mihi tradita sunt: & cui volo do illa. Tu ergo si adoraueris **I**cōram me, erunt tua omnia. Et respondens Iesus, dixit illi: Scriptum est: *Dominum Deū tuum adorabis, & illi soli seruies.* **E**t duxit illum in Ierusalem, & statuit eum super pinnaculum templi, & dixit illi: *Si filius Dei es, mitte te hinc deorsum.* Scriptum est enim quodd Angelis suis mandauit de te, ut conferuerit te: & quia in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Et respondens Iesus, ait illi: [*Dicitum est:*] *Non tenabis Dominum Deum tuum.*

Et consummata omni tentatione, diabolus receperat illi. **E**t Angeli ministra-

Et statim Spiritus expulit eum in desertum. **E**t erat in deserto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus: & tentabatur a satana: eratq. cum bestijs.

TUNC Iesus datus est in desertum a Spiritu, ut tentaretur a diabolo. **E**t cum ieunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus h̄ postea esurijt.

Et accedens tentator dixit ei: *Si filius Dei es, dic ut lapides isti panes hant.* [*Qui respondebat dixit:*] *Scriptum est: Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo,* **I**n quod procedit de ore Dei. Tunc assumpit eum diabolus in sanctam ciuitatem, & stans eum super pinnaculum templi, & dixit ei: *Si filius Dei es, mitte te deorsum.* Scriptum est enim: *Quia angelis suis mandauit de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.* *Ait illi Iesus.* **R**ursum scriptum est: *Non tentabis Dominum Deum tuum.* Iterum assumpit eum diabolus in montem excelsum valde: & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, & dixit ei: **I**llae omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. **T**unc dicit ei Iesus: *Vade Satana: Scriptum est enim: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies.*

Tunc reliquit eū diabolus: **E**t ecce Angeli accesserū, & ministrabāt ei.





I O A N . I.

^A I oannes testimonium perhibet de ipso, & clamat dicens: Hic erat, quem dixi: Qui post me venturus est, ante me factus est: quia prior me erat. Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia. quia lex per Moysen data est, gratia, & veritas per Iesum Christum facta est. Deum nemo vidit vñquam: vñgenitus filius, qui est in sinu patris, ipse enarravit. Et hoc est testimonium Ioannis, quando miserunt Iudei ab Ierosolymis sacerdotes & Leuitas ad eum, ut interrogarent eum: Tu quis es? Et confessus est, & non negauit: & confessus est: Quia non sum ego Christus.

Et interrogauerunt eum: Quid ergo? Elias es tu? Et dixit: Non sum. Propheta es tu? Et respondit: Non. Dixerunt ergo ei: Quis es, vt responsum demus his, qui miserunt nos? quid dicis de teipso? Ait: Ego vox clamantis in deserto: Dirigite viam Domini, sicut dixit Isaías propheta. Et qui missi fuerant, erant ex Pharisæis. Et interrogauerunt eum, & dixerunt ei: Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Elias, neque Propheta? Respondit eis Ioannes, dicens: Ego baptizo in aqua: medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis. Ipse est, qui post me venturus est, qui ante me factus est: cuius ego non sum dignus vt soluam eius corigiam calceamenti. Hæc in Bethania facta sunt trans Iordanem, vbi erat Ioannes baptizans.

Altera die vidi Ioannes Iesum ^B venientem ad se, & ait: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi. Hic est, de quo dixi: Post me venit vir, qui ante me factus est: quia prior me erat. & ego nesciebam eum, sed vt manifestetur in Israel, propterea veni ego in aqua baptizans. Et testimonium perhibuit Ioannes, dicens: Quia vidi Spiritum descendenterem quasi columbam de cælo, & mansit super eum. Et ego nesciebam eum: sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris Spiritum descendenterem, & manenterem super eum, hic est, qui baptizat in Spiritu sancto. Et ego vidi: & testimonium perhibui, quia hic est Filius Dei.



I O A N. I.

A Ltera die iterum stabat Ioannes , & ex discipulis eius duo.
A Et respiciens Iesum ambulantem , dicit : Ecce agnus
 Dei . Et audierunt eum duo discipuli loquentem , & secuti sunt
 Iesum. **B** Conuersus autem Iesus , & videns eos sequentes se ,
 dicit eis: Quid queritis ? Qui dixerunt ei : Rabbi , (quod dici-
 tur interpretatum, Magister) vbi habitas ? Dicit eis : Venite , &
 videte. **C** Venerunt , & viderunt vbi maneret , & apud eum man-
 serunt die illo : hora autem erat quasi decima . Erat autem An-
 dreas frater Simonis Petri unus ex duobus , qui audierant à
 Ioanne , & secuti fuerant eum.

Inuenit hic primum fratrem suum Simonem , & dicit ei : In-
 uenimus Messiam . (quod est interpretatum, Christus .) Et ad-
 duxit eum ad Iesum. **D** Intuitus autem eum Iesus , dixit : Tu es
 Simon filius Iona : tu vocaberis Cephas . quod interpretatur,
 Petrus .

In crastinum voluit exire in Galilæam , & inuenit Philippum .
 Et dicit ei Iesus : Sequere me . Erat autem Philippus à Bethsai-
 da , ciuitate Andreæ , & Petri . Inuenit Philippus Nathanael , &
 dicit ei : Quem scripsit Moyses in lege , & Prophetæ , inuenimus
 Iesum filium Ioseph à Nazareth . Et dixit ei Nathanael : A Na-
 zareth potest aliquid boni esse ? Dicit ei Philippus : Veni , &
 vide .

E Vedit Iesus Nathanael venientem ad se , & dicit de eo :
 Ecce vere Israelita , in quo dolus non est . Dicit ei Nathanael :
 Vnde me nosti ? Respondit Iesus , & dixit ei : Priusquam te
 Philippus vocaret , cum esses sub ficu , vidi te . Respondit ei Na-
 thanael , & ait : Rabbi , tu es Filius Dei , tu es Rex Israel . Re-
 spondit Iesus , & dixit ei : Quia dixi tibi : Vidi te sub ficu , cre-
 dis : maius his videbis . Et dicit ei : Amen , amen dico vobis , vi-
 debitis cælum apertum , & Angelos Dei ascendentēs , & descen-
 tes supra Filium hominis .



I O A N . II.

ET die tertia nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ: & erat mater Iesu ibi. Vocatus est autem & Iesus, & discipuli eius ad nuptias.

Et deficiente vino, dicit mater Iesu ad eum: ^a Vinum non habent. ^b Et dicit ei Iesus: Quid mihi, & tibi est mulier? nondum venit hora mea. Dicit mater eius ministris: Quodcumque dixerit vobis, facite. ^c Erant autem ibi lapideæ hydriæ sex positiæ secundum purificationem Iudæorum, cipientes singulæ metretas binas vel ternas.

Dicit eis Iesus: Implete hydrias aqua. ^d Et impleuerunt eas usque ad sumnum. Et dicit eis Iesus: Haurite nunc, & ferte architriclinio. Et tulerūt. Ut autem gustauit architriclinus aquam vinum factam, & non sciebat unde esset, ministri autem sciebant, qui hauserant aquam: vocat sponsum architriclinus, ^e & dicit ei: Omnis homo primum bonum vinum ponit: & cum inebriati fuerint, tunc id, quod deterius est: Tu autem seruasti bonum vinum. usque adhuc. Hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galilææ: & manifestauit gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli eius.



I O A N. II.

Post hoc descendit Capharnaum ipse, & mater eius, & fratres eius, & discipuli eius: & ibi manserunt non multis diebus. Et prope erat Pascha Iudeorum, & ascendit Iesus Ierosolymam: & inuenit in templo vendentes boues, & oves, & columbas, & numularios sedentes. ^A Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes eiecit ^B de templo, oves quoque, & boues, & numulariorum effudit æs, & mensas subuertit. ^C Et his, qui columbas vendebant, dixit. ^D Auferte ista hinc, & nolite facere domum patris mei, domum negotiationis. Recordati sunt vero discipuli eius quia scriptum est: Zelus domus tuæ comedit me.

^E Responderunt ergo Iudei, & dixerunt ei: Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis? Respondit Iesus, & dixit eis: Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo Iudei: Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud? Ille autem dicebat de templo corporis sui. Cum ergo resurrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli eius, quia hoc dicebat: & crediderunt scripturæ, & sermoni, quem dixit Iesus.

Cum autem esset Ierosolymis in Pascha in die festo, multi crediderunt in nomine eius, videntes signa eius, quæ faciebat. Ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis, eo quod ipse nosset omnes, & quia opus ei non erat ut quis testimonium perhiberet de homine: ipse enim sciebat quid esset in homine.



IOAN. III.

ERAT autem homo ex Pharisæis, Nicodemus nomine, princeps Iudeorum. ^a Hic venit ad Iesum nocte, & dixit ei: Rabbi, scimus quia a Deo venisti magister, nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. Respondit Iesus, & dixit ei: Amen, amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei. Dicit ad eum Nicodemus: Quomodo potest homo nasci, cum sit senex? numquid potest in ventrem matris suæ iterato introire, & renasci? Respondit Iesus: ^b Amen, amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Quod natum est ex carne, caro est: & quod natum est ex Spiritu, spiritus est.

Non mireris, quia dixi tibi, oportet vos nasci denuo. Spiritus vbi vult spirat: & vocem eius audis, sed nescis unde veniat, aut quo vadat: sic est omnis, qui natus est ex Spiritu. Respondit Nicodemus, & dixit ei: Quomodo possunt hæc fieri? Respondit Iesus, & dixit ei: Tu es magister in Israel, & hæc ignoras? Amen, amen dico tibi, quia quod scimus loquimur, & quod vidimus testimoniam, & testimonium nostrum non accipitis. Si terrena dixi vobis, & non crediris: quomodo, si dixerim vobis cælestia, credetis? Et nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, Filius hominis, qui est in cælo. ^c Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto; ita exaltari oportet Filium hominis: ut omnis, qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam.

Sic enim Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret: ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Non enim misit Deus Filium suum in mundum, ut iudicet mundum, sed ut saluerit mundus per ipsum. Qui credit in eum, non iudicatur: qui autem non credit, iam iudicatus est: quia non credit in nomine unigeniti Filii Dei. Hoc est autem iudicium: quia lux venit in mundum, & dilexerunt * homines magis tenebras, quam lucem: erant enim eorum mala opera. Omnis enim, qui male agit, odit lucem, & non venit ad lucem, ut non arguantur opera eius: qui autem facit veritatem, venit ad lucem, ut manifestentur opera eius, quia in Deo sunt facta.

C A P. I.

^b In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognovit. In propria venit, & sui eum non receperunt. ^d Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine eius: qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.



IOAN. II.

POST hæc^A venit Iesus, & discipuli eius in terram Iudeam: & illic demorabatur cum eis, & baptizabat.
^B Erat autem & Ioannes baptizans in Aennon, ^Ciuxta Salim: quia aquæ multæ erant illic, & veniebant, & baptizabantur. Nondum enim missus fuerat Ioannes in carcerem.

Facta est autem quæstio ex discipulis Ioannis cum Iudeis de Purificatione.^D Et venerunt ad Ioannem, & dixerunt ei: Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum.

Respondit Ioannes, & dixit: Non potest homo accipere quidquam, nisi fuerit ei datum de cælo. Ipsi vos mihi testimonium perhibetis, quod dixerim: Non sum ego Christus: sed quia missus sum ante illum. Qui habet sponsam sponsus est: amicus autem sponsi, qui stat, & audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi. Hoc ergo gaudium meum impletum est. Illum oportet crescere, me autem minui.

Qui desursum venit, super omnes est. Qui est de terra, de terra est, & de terra loquitur. Qui de cælo venit, super omnes est. Et quod vidit, & audiuit, hoc testatur: & testimonium eius nemo accipit. Qui accepit eius testimonium, signavit quia Deus verax est. Quem enim misit Deus, verba Dei loquitur: nō enim ad mensuram dat Deus spiritum. Pater diligit Filium: & omnia dedit in manu eius. Qui credit in Filium, habet vitam æternam: qui autem incredulus est Fili o, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum.



LVC. III.

MAT. XIV.

MAR. VI.

H Erodes autem tetrarcha, cum corriperetur ab illo^b de Herodia de uxore fratris sui, & de omnibus malis, quæ fecit Herodes, adiecit & hoc su per omnia, & inclusit Ioannem in carcere.

H Erodes enim tenuit Ioannem^h, & al ligauit eum: & posuit in carce rem propter Herodiam uxore fratris sui. Dicebat enim illi Ioannes: Non licet tibi habere eam.

I Pse enim^g Herodes mi sit, ac tenuit^b Ioā nem, & vinxit eum in carcere [propter Herodiadēm uxorē] Philippi fratris sui, quia duxerat eam. Dicebat n. Ioānes Herodi: Nō licet tibi ha bere uxorem frā tris tui.

Et volens il lū occidere, timuit popu lum: quia sicut prophē tam eum habebant.

² Herodias au tem insidiabatur illi: & volebat occidere eum , nec poterat.

^a Herodes enim metuebat Ioannem , sciens eum virum iustum & sanctum: & custodiebat eum , & auditō eo multa faciebat , & libenter eum audiebat.

Post-



M A R . I .

a P ostquam autem traditus est Ioānes, venit Iesus in Galileam.

facit, & baptizat, quām Ioānes, (quamquam Iesus non baptizaret, sed discipuli eius) reliquit Iudæam, & abiit iterum in Galilæam. Oportebat autem eum transire per Samariam. Venit ergo in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar : iuxta prædium, quod dedit Iacob Ioseph filio suo. Erat autem ibi fons Iacob. **A** Iesus ergo fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fontem. Hora erat quasi sexta.

B Venit mulier de Samaria haurire aquam. **C** Dicit ei Iesus : Da mihi bibere. (Discipuli enim eius abierant in ciuitatem ut cibos emerent.) Dicit ergo ei mulier illa Samaritana : Quomodo tu Iudeus cum sis, bibere à me poscis, quæ sum mulier Samaritana ? non enim contundunt Iudei Samaritanis. Respondit Iesus, & dixit ei : Si scires donum Dei, & quis est, qui dicit tibi : Da mihi bibere : tu forsitan peties ab eo, & dedisset tibi aquam viuam. Dicit ei mulier : Domine, neque in quo haurias habes, & puceus altus es : unde ergo habes aquam viuam ? Numquid tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis puceum, & ipse ex eo bibit, & filii eius, & pecora eius ? Respondit Iesus, & dixit ei : Omnis, qui bibit ex aqua hac, sicut iterum : qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum : sed aqua, quam ego dabo ei, fieri in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Dicit ad eum mulier : Domine, da mihi hanc aquam, ut non sitiam : neque veniam huc haurire.

Dicit ei Iesus : Vade, voca virum tuum, & veni huc. Respondit mulier, & dixit : Non habeo virum. Dicit ei Iesus : Bene dixisti, quia non habeo virum : quinque enim viros habuisti, & nunc, quem habes, non est tuus vir : hoc vere dixisti. Dicit ei mulier : Domine, video quia Propheta es tu. Patres nostri in monte hoc adorauerunt, & vos dicitis, quia Ierosolymis est locus, vbi adorare oportet. Dicit ei Iesus : Mulier crede mihi, quia venit hora, quando neque in monte hoc, neque in Ierosolymis adorabitis Patrem. Vos adoratis quod nescitis : nos adoramus quod sci-mus, quia salus ex Iudeis est. Sed venit hora, & nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu & veritate. Nam & Pater tales querit, qui adorent eum. Spiritus est Deus : & eos, qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare.

Dicit ei mulier : Scio quia Messias venit (qui dicitur Christus :) cum ergo venerit ille, nobis annunciat omnia. Dicit ei Iesus : Ego sum, qui loquor tecū. **G** Et continuo venerunt discipuli eius : & mirabantur quia cū muliere loquebatur. Nemo tamen dixit : Quid queris, aut quid loqueris cum ea ?

I O A N . IV .

e V ergo cognovit Iesus quia audierunt Pharisæi quod Iesus plures discipulos secesserat in Galilæam.

b C um autem audis- set Iesus, quod Ioānes traditus esset, secesserat in Galilæam.

Re-



IOAN. IV.

Reliquit ergo hydriam suam mulier, & abiit in ciuitatem, & dicit illis hominibus: ^B Venite, & videte hominem, qui dixit mihi omnia quæcumque feci: numquid ipse est Christus? ^C Exierunt ergo de ciuitate, & veniebant ad eum. Interea rogabant eum discipuli, dicentes: Rabbi, manduca. Ille autem dicit eis: Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis. Dicebant ergo discipuli ad iuicem: Numquid aliquis attulit ei manducare? Dicit eis Iesus: Meus cibus est, ut faciam voluntatem eius, qui misit me, ut perficiam opus eius.

Nonne vos dicitis, quod adhuc quattuor menses sunt, & messis venit? Ecce dico vobis: Leuate oculos vestros, & videte regiones, quia albae sunt iam ad messem. Et qui metit, mercedem accipit, & congregat fructum in vitam æternam: ut, & qui seminat, simul gaudeat, & qui metit. Ego misi vos metere quod vos non laborastis: alij laborauerunt, & vos in labores eorum introistis. ^D Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum, propter verbum mulieris testimonium perhibentis: Quia dixit mihi omnia quæcumque feci.

Cum venissent ergo ad illum Samaritani, rogauerunt eum, ut ibi maneret. Et mansit ibi duos dies. Et multo plures crediderunt in eum propter sermonem eius. Et mulieri dicebant: Quia iam non propter tuam loquelam credimus: ipsi enim audiuimus, & scimus quia hic est vere Saluator mundi.



IOAN. IV.

MAT. IV.

LVC. IV.

^a POST duos autem dies exiit inde : [& abiit in Galileam .] ^d Ipse enim Iesu*s* testimonium perhibuit , quia Propheta in sua patria honorem non habet . A Cum ergo venisset in Galileam , excepserunt eum Galilæi , cum oratione vidissent , que recerat Ierosolymis in die festo : & ipsi enim venerant ad diem festum .

^c ET relicta ciuitate Nazareth , evenit , & habitauit in Capharnaū maritima , in finibus Zabulō , & Nephthalim : vt adimpleretur qđ dictū est per Isaīā prophētā : Terra Zabulō , & terra Nephthalim , via maris trans Iordanē , Galilea gentiū , populus , qui sedebat in tenebris , vidit lucē magnā : & sedētibus in regione vmbra mortis , lux orta est eis . ^f Exinde cœpit Iesu*s* p̄diare , & dicere : i Poenitētiā agite : appropinquauit regnum Dei : poenitemini , & credite Euangelio .

^C Venit ergo iterum in Cana Galilea , vbi fecit aquam vinum . Et erat quidam regulus , cuius filius infirmabatur Capharnaum . Hic cum audisset , quia Iesu*s* adueniret à Iudea in Galileam , abiit ad eum , & rogabat eum , vt descenderet , & sanaret filium eius : incipiebat enim mori .

Dixit ergo Iesu*s* ad eum : Nisi signa , & prodigia videritis , non creditis . Dicit ad eum regulus : Domine , descendē prius quā moriatur filius meus . Dicit ei Iesu*s* : Vade , filius tuus viuit . Credidit homo sermoni , quem dixit ei Iesu*s* , & ibat .

Iam autem eo descendente , D serui occurrerunt ei , & nunciauerunt dicentes , quia filius eius viuerer . Interrogabat ergo horam ab eis , in qua melius habuerit . Et dixerunt ei : Quia heri hora septima reliquit eum febris . Cognovit ergo pater , quia illa hora erat , in qua dixit ei Iesu*s* : Filius tuus viuit : & credidit ipse , & domus eius tota . Hoc iterum secundum signum fecit Iesu*s* , cum venisset à Iudea in Galileam .

^b ET regressus est Iesu*s* in virtute Spiritus in Galileam , ^e Et fama exiit per vniuersam regionem de illo . Et ipse g docebat in synagogis eorum B : 1 & magnifica batur ab omnibus .

M A R. I.

^h Prædicens Euangelium regni Dei , & dicens : Quoniam impletum est tempus , & appropinquauit regnum Dei : poenitemini , & credite Euangelio .



M A T . IV.

Ambulans autem Iesus iuxta mare Galilææ, ^a vidi duos fratres, Simonem, qui vocatur Petrus, & Andreā fratrem eius, mittentes rete in mare, (erāt enim piscatores) & ait illis: *Venite post me, & faciam vos fieri pisca-*
*tore*s hominū.** At illi con-
tinuo relictis retibus se-
cuti sunt eum.

¹ Et procedens inde,
vidit ^a alios duos fratres,
Iacobū Zebedæi, & Ioan-
nem fratrem eius in na-
ui cum Zebedæo patre
eorum, reficienes ^b retia
sua: *& vocauit eos.* ^c Illi
autem statim relictis re-
tibus, *& patre, secuti sunt*
eum.

M A R . I.

Et præteriens secus] Mare Galilææ,
vidit Simonem, & An-
dream fratrem eius, mit-
tententes retia in mare, (e-
rant enim piscatores) [*&*
dixit eis] ^b Iesus: Ve-
nite post me, & faciam
vos fieri pisca*tore*s hominū.** [Et protinus]
relictis retibus seculi sunt
eum.

Et ^a progressus in-
de ^b pusillum, vidi Iaco-
bum Zebedæi, & Ioan-
nem fratrem eius, ^c &
ipso componentes retia
^d in naui: ^e & statim vo-
cavit illos. ^f Et reliquo
patre suo Zebedæo in-
naui cum mercenarijs,
secuti sunt eum.




L V C. V.

FACTVM est autem, cum turbæ irruerent in eum, ut audirent verbum Dei, & ipse stabat secus stagnum Genesareth.^A Et vidi duas naues stantes secus stagnum: pescatores autem descenderant, & lauabant retia.^B Ascendens autem in vnam nauim, quæ erat Simonis, rogauit eum à terra reducere pufillum. Et sedens docebat de nauicula turbas.^C

Vt cessauit autem loqui, dixit ad Simonem: Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam. Et respondeens Simon, dixit illi: Præceptor, per totam noctem laborantes, nihil cepimus: in verbo autem tuo laxabo rete^D. Et cum hoc fecissent, conculserunt piscium multitudinem copiosam, rumpebatur autem rete eorum.

Et annuerunt socijs, qui erant in alia naui, ut venirent, & adiuuarent eos. Et venerunt, & impleuerunt ambas nauiculas, ita ut pene mergerentur. Quod cum videret Simon Petrus, procidit ad genua Iesu,^E dicens: Exi à me, quia homo peccator sum, Domine. Stupor enim circumdederat eum, & omnes, qui cum illo erant, in captura piscium, quam ceperant: Similiter autem Iacobum, & Ioannem, filios Zebedæi, qui erant socij Simonis. Et ait ad Simonem Iesus: Noli timere: ex hoc iam homines eris capiens. Et subductis ad terram nauibus, relictis omnibus securi sunt eum.





L V C. IV.

Et descendit in Ca-pharnaum ciuitatem Galilææ, ibique docebat illos sabbatis. Et stupebant in doctrina eius, quia in potestate erat sermo ipsius.

Et in synagoga erat homo habens dæmonium immundum, & exclamauit voce magna, dicens: Sine, quid nobis, & tibi Iesu Nazarene? venisti perdere nos? scio te quis sis, Sanctus Dei. Et increpauit illū Iesus, dicens: Obmutesc, & exi ab eo. Et cum proiecisset illum dæmoniū in mediū, exiit ab illo, nihilque illum nocuit.

Et factus est pauor in omnibus, & colloquebantur ad inuicem, dicentes: Quod est hoc verbū, quia in potestate, & virtute imperat immundis spiritibus, & exeunt? Et diuulgabatur fama de illo in omnem locum regionis.

M A R. I.

Et ingrediūtur Caphar-naum: & statim sab-batis ingressus in synagogā, docebat eos. Et stupebant super doctrinā eius: erat n docens eos, quasi potestatē habens, & non sicut Scribæ.

Et erat in synagoga eorum homo in spiritu immundo: & exclamauit, dicens: Quid nobis, & tibi Iesu Nazarene: venisti perdere nos? scio qui sis, Sanctus Dei. Et comminatus est ei Iesus, dicens: Obmutesc, & exi de homine. Et discerpens eum spiritus immundus, & exclamans voce magna exiit ab eo.

Et mirati sunt omnes, ita ut conquererent inter se dicentes: Quidnam est hoc? quenam doctrinā hæc noua? quia in potestate etiam spiritibus immundis imperat, & obediunt ei. Et processit rumor eius statim in omnē regionē Galilææ.

Surgens



LVC. IV.

MAR. I.

MAT. VIII.

Surgens autem Iesus de synagoga, [introiuit] in domum Simonis. **C** Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus.

2 Et rogauerunt illum pro ea. **4** Et stans super illam, imperauit febri: & dimisit illam. **5** Et continuo surgens, ministrabat illis. **C**

Cum autem sol occidisset: **b** omnes, qui habebant infirmos varijs languoribus, ducebant illos ad eum. **A**t ille singularis manus imponebat, curabat eos. **E**xibant autem demona à multis, clamantia, & dicentia: **Quia** tu es filius Dei: & increpans nō sinebat ea loqui: quia sciebant ipsum esse Christum.

Et protinus egredientes de synagoga, **A**venerunt in domum Simonis, & Andreæ cum Iacobo, & Ioanne. **D**ecubebat autem socrus Simonis febricitans.

1 Et statim dicunt ei de illa. **3** Et accedens eleuauit eam, apprehesa manu eius: & **3** continuo dimisit eam febris, & ministrabat eis.

2 Vespere autem facto cum occidisset sol, **c** afferebat ad eum omnes [male habentes,] & demona habentes: **f** & erat omnes ciuitas congregata ad ianuam. **h** Et curauit multos, qui vexabantur varijs languoribus, **m** & demona multa ejiciebat, & non sinebat ea loqui, quoniam sciebant eum.

Et cum venisset Iesus in domum Petri, vidi socrum eius iacentem, & febricitantem:

Et tetigit manus eius, **B** & dimisit eam febris, & surrexit, & ministrabat eis.

Vespere autem facto, **e** obtulerunt ei multos demona habentes: **g** & ejiciebat spiritus verbo: & omnes male habentes [curauit] **i** ut adimpleretur quod dictum est per Iesaiam prophetam, dicentem: Ipse infirmitates nostras accepit: & ergo rationes nostras portauit.



LVC. IV.

FACTA autem die egressus ibat in desertum locum, & turbæ requirebant eum, & venerunt usque ad ipsum: & detinebant illum, ne discederet ab eis. Quibus ille ait: Quia & alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei; quia ideo missus sum. *Et erat predicans in synagogis Galilee.*

LVC. V.

¹ Et factum est, cum esset in una ciuitatum, & ecce vir plenus lepra, & videns Iesum, & proculdens in faciem, rogauit eum, dicens: Domine, si vis, potis me mundare. [Et extendens] manum, [tetigis] eum dicens: Volo: Mundare. ² Et ipse præcepit illi ut ne mini diceret: sed, Vade, ostende te [sacerdoti,] & offer pro emundatione tua, [sicut] præcepit Moyses, in testimonium illis.

^b Perambulabat autem magis sermo de illo: & conueniebant turba multæ, vt audirent, & curarentur ab infirmitatibus suis. Ipse autem secedebat in desertum, & orabat.

MAT. IV.

Et circuibat Iesu to rā Galilææ, docēs in synagogis eorū, & prædicans euangeliū regni: & sanans omnē languorē, & omnē infirmitatē in populo. Et abiit opinio eius in totā Syriā, & obtulerunt ei oēs male habentes, varijs languoribus, & tormentis cōprehensos, & qui dæmonia habebant, & lunaticos, & paralyticos, & curauit eos: & secutæ sunt eū turbæ multæ de Galilæa, & Decapoli, & de Ierosolymis, & de Iudea, & de trans Iordanem.

MAR. I.

Et diluculo valde surgens, egressus abiit in desertum locum, d' ibique orabat. Et prosecutus est eum Simon, & qui cum illo erant. Et cum inuenissent eum, dixerunt ei: Quia omnes querunt te. Et ait illis: Eamus in proximos vicos, & ciuitates, vt & ibi prædicem: ad hoc enim veni. *Et erat predicans in synagogis eorum, & in omni Galilea, & dæmonia eyciens.*

Et 4 venit ad eum

² leprosus ⁷ deprecans eum: & genu flexo [dixit] ei: Si vis, potes me mundare; ⁹ Iesus autem nascitus eius, extendit manum suam: & tangens eum, ait illi: Volo: Mundare. Et cum dixisset, statim dicitur ab eo lepra, & mundatus est.

¹¹ Et cōminatus est ei, statimq. eicit illū: & dicit ei: Vide nemini dixeris: sed vade, ostende te principi sacerdotū: & offer pro emundatione tua, q̄ præcepit Moyses in testimoniu illis.

^a At ille egressus cœpit prædiare, & diffamare sermonem, ita vt iam non posset manifeste introire in ciuitatem, sed foris in desertis locis esset, & conueniebant ad eum vndique.

Videns



MAT. VIII.

VIdens autem Iesus turbas multas circum te, iussit ire trans fretū. Et accedēs vnuſ scriba ait illi: Magister, sequar te, quocūq; ieris. Et dicit ei Iesus: ^b Vulpes foueas habent, ^c & volucres cælinidos: filius aut hōis nō habet, vbi caput reclinet.

^a Alius autem ^b de discipulis eius ait illi: Domine, permitte me pri-
mum ire, & sepelire pa-
trem meum. Iesus au-
tem [ait] illi: ^c Seque-
re me, & dimitte mor-
tuos sepelire mortuos
suos. ^d

Domine, sed permitte mihi primū renūtiare his, qua-
domi sunt. Ait ad illū Iesus: Nemo mittens manum
suā ad aratrū, & respiciēs retro ^e, aptus est regno Dei.

LVC. IX.

FACTVM est autem: ambulan-
tibus illis in via ^a, dixit
^b quidam ^c ad illum:
Sequar te quocumque ie-
ris. [Dixit] illi Iesus:
Vulpes foueas habent, &
volucres cæli nidos: Filius
autem hominis non habet
vbi caput reclinet.

^a Ait autem ad alterum:
Sequere me. Ille aut̄ dixit:
Domine permitte [mihi] pri-
mum ire, & sepelire patrē
meum. ^b Dixitq. ei Iesus:
Sine [ut mortui sepeliāt]
mortuos suos: ^c tu autem
vade, & annuncia re-
gnum Dei.

^d Et ait alter: Sequar te



LVC. VIII.

MAT. VIII.

MAR. IV.

Factum est autem in una dierum: & ipse ascendit in nauiculam, & discipuli eius, & ait ad illos: Transfremus trans stagnum: Et ascenderunt. ^f Et nauigantibus illis, obdormiuit, ^h & descendit procella venti ⁱ in stagnum, ⁿ & complebantur, & periclitabantur. ^c

EAccedentes autem suscitauerunt eum, ⁴ dicentes: Praceptor, perimus. At ille surges, ¹¹ increpauit velum, & tempestatem aqua, & cessauit: & facta est tranquillitas. ⁵ Dixit autem illis: Vbi est fides vestra?

Qui cimentes, mirati sunt ad invicem, dicentes: Quis putas hic est, i quia & ventis, & mari imperat, & obediunt ei?

Et ascendens te eo in nauiculam, secuti sunt eum discipuli eius. ^x Et ecce motus magnus factus est ^B in mari ^m ita ut nauicula operiretur fluctibus, ipse [vero dormiebat.]

Et accesserunt ad eum Discipuli eius, ⁶ & suscitauerunt eum, dicentes: Domine, salu nos, perimus. Et dicit eis Iesus: Quid timidi estis, modicæ fidei? ¹⁰ Tunc surges, ¹³ iperauit velitis, & mari, & facta est tranquillitas magna.

Porro homines mirati sunt, dicentes: ^g Qualis est hic, quia [venti] & mare obediunt ei?

Et ait illis in illa die, cu sero esset factum: Transeamus contra. ^e Et dimittentes turbam, assumunt eum ita ut erat in nau: & aliæ naues erant cu illo. ^s Et facta est procella magna ^venti, ^l & fluctus mittebat in nium, ita ut impleretur nauis. ^o Et erat ipse in puppi super ceruical dormiens. ^D

Et excitat eum, ⁷ & dicunt illi: Magister, non ad te pertinet, quia perim? ⁹ Et [exurgens] ¹² cōminatus est vēto, & ¹⁴ dixit mari: Tace, obmutesce. Et cessauit vētus: & facta est trāquil litas magna. ⁸ Et ait illis: quid timidi estis? necdū habetis fidem?

Et timuerunt timore magno, ^f & dicebant ad alterutru: Quis, ^h putas, est iste, ^x quia & ventus, & mare obediunt ei?

E

Et



LVC. VIII.

Et nauigauerunt ad regionem Gerasenorum, quæ est contra Galilæam. Et cum egressus esset ad terram, occurrit illi vir quidam, qui habebat dæmonium, iam temporibus multis, & vestimento non induebatur, neque in domo manebat, sed in monumentis. ^x Is, ^y ut vidit Iesū, procedit ante illum: ^z & exclamans voce magna, dixit: Quid mihi, & tibi est Iesu Fili Dei Altissimi? obsecro te, ne me torqueas. ^u Präcipiebat enim spiritui immundo ut exiret ab homine. ^v Multis enim temporibus artipiebat illum, & vinciebat catenis, & compedibus custoditus: & ruptis vinculis agebatur a dæmonio in deserta.

^x Interrogauit autem illum Iesus, dicens: Quod tibi nomen est? At ille dixit: Legio: ^b quia intrauerat dæmonia multa in eū. Et rogabant illum ^s ne imperaret illis ut in abyssum irent.

MAT. VIII.

Et cum venis-
ser trans fre-
tum in regionem
Gerasenorum, [oc-
curren-
tibus ei duo ba-
bentes dæmonia,
de monumentis ex-
euntes,] saui ni-
mis, ita ut nemo
posset transire per
riam illam. Et ec-
ce clamauerunt, di-
centes: Quid no-
bis, & tibi, Iesu fili
Dei? ^c Venisti huc
ante tempus tor-
quere nos?

MAR. V.

Et venerū trans
fretū maris in
regionem Geraseno-
rū. Et ^d exeunti ei de
naui, statim occurrit
de monumentis homo
in spiritu immido, qui
^h domiciliū habebat
in monumentis, ⁱ & ne-
que catenis iā quis-
quā poterat eū ligare: quoniā sāpe cōpe-
dibus & catenis vin-
ctus, dirupisset cate-
nas, & cōpedes cōmi-
nuisset, & nemo pote-
rat eū domare. & sem-

per die ac nocte in monumētis,
& in móribus erat, clamans, &
cōcidens se lapidibus. ¹ Videns
autē ^m Iesū à lōge, ^o cucurrit,
^q & adorauit eū: ^p clamās voce
magna dixit: Quid mihi, & tibi,
Iesu fili Dei altissimi? ^r adiuro te
per Deū, ne me torqueas. ^x Di-
cebat enim illi: Exi sp̄ritus
immunde ab homine.

[Et interrogabat] eum: Quod
tibi nomen est? [Et dicit] ^s ei:
Legio mihi nomen est, quia
multi sumus. ^t Et deprecaba-
tur eum multum, ne se expel-
leret extra regionem. ^u



LVC. VIII.

ERAT autem ibi grex e porcorum multorum a pascentium in monte: & rogabant eum, ut permittere ret eis in illos ingredi. ¹ Et permisit illis.

nere sedentes [penitentem.] Veruntamen
Tyro, & Sidoni remissus erit in [iudicio,]
quam vobis. Et tu Capharnaum, & usque ad
celum exaltata, usque ad infernum demergeris. 8 Qui vos audit, me audie: &
qui vos spernit me spernit. Qui autem me
spernit, spernit eum, qui misit me.
que in infernum descendes:] 7 quia, si in
iunctu in te, forte mansissest vique in hac die.
domorum remissus erit in die iudicij, quam tibi.

a Reuerſi sunt autem septuagintaduo cum gaudio, dicentes: Domine, etiā dæmonia
subiiciuntur nobis in nomine tuo. E Et ait illis: Videbam Satanam sicut fulgur de
celo cadentem. Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes, & scorpiones, &
super omnem virtutem inimicorum: & nihil vobis nocebit. Veruntamen in hoc nolite
gaudere, quia spiritus vobis subiiciuntur: gaudete autem, quod nomina vestra scri-
pta sunt in celis.

[In ipsa hora] 2 exultauit spiritu san-
cto, & dixit: Confiteor tibi pater, Domi-
ne celi & terra, quod abscondisti haec a sa-
pientibus, & prudentibus, & reuelasti ea
parvulis. Etiam Pater: quoniam sic [pla-
ciuit] ante te. Omnia mihi tradita sunt a
Patre meo. 7 Et nemo scit quis sit Filius,
nisi Pater: & quis sit Pater, nisi Filius,
& cui voluerit Filius reuelare. 8 Et
conuersus ad Discipulos suos, dicit: Bea-
ti oculi, qui vident quæ vos videtis. Di-
co enim vobis, quod multi prophetæ, &
reges voluerunt videre quæ vos videtis,
& non viderunt: & audire quæ auditis, &
non audierunt.

i Tune coepit reprobare ciuitatibus,
in quibus factæ sunt plurimæ virtutes eius,
quia non egissent penitentia. Væ tibi Co-
rozain, & tibi Bethsaïda: quia, si in Ty-
ro, & Sidone factæ essent virtutes: quæ fa-
ctæ sunt in vobis, olim in cilicio, & cinere
3 penitentiam egissent. Veruntamen dico
vobis Tyro, & Sidoni remissus erit in die
iudicij, quam vobis. Et tu Capharnaum,
& numquid usque in celo exaltaberis? vi
Sodomis factæ fuisse virtutes, quæ factæ
sunt in te.

1 In illo tempore: respondens 3 Iesu
dixit: Confiteor tibi, Pater, Domine
celi & terra, quia abscondisti haec a sa-
pientibus, & prudentibus, & reuelasti ea
parvulis. Ita Pater: quoniam sic fuit pla-
ciutum ante te. Omnia mihi tradita sunt a
Patre meo. Et nemo nouit Filium, nisi Pa-
ter: neque Patrem quis nouit, nisi Filius, &
cui voluerit filius reuelare. 8 Venite ad
me omnes, qui laboratis, & onerati esatis,
& ego reficiam vos. Tollite lugum meum
super vos, & discite amorem, quia mitis sum
& humilis corde: & inuenietis requiem
animabus vestris. Lugum enim meum sua-
ue est, & onus meum leue.

M

Et



L V C. X.

ET ecce ^a quidam Legisperitus surrexit tentans illū, & dicens: Magister, quid faciendo vitam æternam possidebo? At ille dixit ad eum: In lege quid scriptum est? quomodo legis? Ille respondens dixit: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua: & proximum tuum sicut teipsum. Dixitque illi: Recte respondisti: hoc fac, & viues.

Ille autem volens iustificare seipsum, dixit ad Iesum: Et quis est meus proximus? Suscipiens autem Iesu, dixit: Homo quidam descendebat ab Ierusalem in Iericho, & incidit in latrones, ^b qui etiam despoliauerunt eum: & plagiis impositis abierunt semiuiuo relicto. Accidit autem ^c ut faceret quidam descendenter eadem via: & viso illo præteriuit. Similirer & Leuita, ^d cum esset secus locum, & videret eum, pertransiit.

Samaritanus autem quidam iter faciens, venit secus eum: & videns eum, misericordia motus est. ^e Et appropians alligauit vuluera eius, infundens oleum, & vinum: & imponens illum in iumentum suum, duxit in stabulum, ^f & curam eius egit. Et altera die protulit duos denarios, & dedit stabulario, ^g & ait: Curam illius habe: & quodcumque supererogaueris, ego cum rediero reddam tibi. Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi, qui incidit in latrones? At ille dixit: Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi Iesu: Vade, & tu fac similiter.



L V C. X.

Factum est autem, dum irent, & ipse intravit in quoddam ea-
stellum: & mulier quedam Martha nomine, ^A exceptit illum
in domum suam, & huic erat soror nomine Maria, quæ etiæ se-
dens secus ^B pedes Domini, audiebat verbum illius. Martha au-
tem fatigebat circa frequens ^C ministerium: quæ stetit, ^D & ait:
Domine, non est tibi curæ quod soror mea reliquit me solam
ministrare? dic ergo illi, vt me adiuuet. Et respondens dixit illi
Dominus: Martha, Martha, solicita es, & turbaris erga pluri-
ma. Porro vnum est necessarium. Maria optimam partem ele-
git, quæ non auferetur ab ea.

Et factum est: cum esset in quodam loco orans, vt cessauit, di-
xit unus ex discipulis eius ad eum. ^E Domine, doce nos orare, si-
c ut docuit & Ioannes discipulos suos. Et ait illis: Cum oratis,
dicite: Parer, sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum.
Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Eradicemus nos
peccata nostra, siquidem & ipsi dimittimus omni debenti nobis.
et ne nos inducas in temptationem.

Et ait ad illos: Quis vestrum habebit amicum, & ibit ad illū
media nocte, & dicet illi: Amice, cōmoda mihi tres panes, quo-
niam amicus meus venit de via ad me, & non habeo quod ponā
ante illum, & ille deintus respondens dicat: Noli mihi molestus
esse, iam ostium clausum est, & pueri mei tecum sunt in cubili,
nō possam surgere, & dare tibi. Et si ille perseverauerit pulsans:
dico vobis, & si non dabit illi surgens eo quod amicus eius sit,
propter improbitatem tamen eius surget, & dabit illi quotquot
habet necessarios. Et ego dico vobis: Petite, & dabitur vobis:
quærите, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim,
qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur.

Quis autem ex vobis patrem petit panem, numquid lapidem
dabit illi? Aut pisces: numquid pro pisce serpentem dabit illi?
Aut si petierit ouum: numquid porrigeret illi scorpionem? Si er-
go vos cum sitis mali nostis bona data dare filiis vestris: quanto
magis Parer vester de calo dabit spiritum bonum perentibus le-



L V C. X I.

ET cum loqueretur, ^A rogauit illum quidā Pharisæus ut prandium deret apud se. Et ingressus recubuit. ^B Pharisæus autem cœpit intra se reputans dicere, quare non baptizatus esset ante prandium. Et ait Dominus ad illum: Nunc vos Pharisæi quod dèforis est calicis, & catini, mundatis: quod autem intus est vestrum, plenum est rapina, & iniquitate. Stulti nonne qui fecit quod dèforis est, etiam id, quod deintus est, fecit? Verumtamen quod superest, date eleemosynā: & ecce oīa mūda sunt yobis.

Sed vñ vobis Pharisæis, quia decimatis mentham, & rutam, & omne olus, ^C & præteritis iudicium, & charitatem Dei: hæc autem oportuit facere, & illa non omittere. ^D Vñ vobis Pharisæis, quia diligitis primas cathedras in synagogis, ^E & salutations in foro. Vñ vobis, quia estis vt monumenta, quæ non apparent, & homines ambulantes supra, nesciunt.

Respondens autem quidam ex Legisperitis, ^F ait illi: Magister, hæc dicens etiam contumeliam nobis facis. At ille ait: Et vobis Legisperitis vñ: ^G quia oneratis homines oneribus, quæ portare non possunt, & ipsi uno digito vestro non tangitis sarcinas. ^H Vñ vobis, qui ædificatis monumenta Prophetarum: patres autem vestri occiderūt illos. Profecto testificamini quod consentitis operibus patrum vestrorum: quoniam ipsi quidem eos occiderunt, vos autem ædificatis eorum sepulchra. Propterea & sapientia Dei dixit: Mittam ad illos Prophetas, & Apostolos, & ex illis occident, & persequentur: vt inquiratur sanguis omnium Prophetarum, qui effusus est a constitutione mundi à generatione ista, ^I a sanguine Abel, usque ad sanguinem Zachariæ, qui periiit inter altare, & ædem. ^K Ita dico vobis, requiretur ab hac generatione. Vñ vobis Legisperitis, quia tulistis clauem scientiæ, ipsi non introistis, & eos, qui introibant, prohibuistis. ^L Cum autem hæc ad illos diceret, cœperunt Pharisæi, & Legisperiti grauter insistere, & os eius opprimere de multis, infidiates ei, & querentes aliquid capere de ore eius, vt accusarent eū.



L V C. X I I.

Multis autem turbis circumstantibus, ita ut se inuicem conculcarent, cœpit dicere Nihil autem opertum est, quod non reueletur: neque absconditum, quod non scaturit. Quoniam quæ in tenebris dixisti, in lumine dicentur: & quod in aurem locuti es in cubiculis, prædicabitur in rebus. Dico autem vobis amici mei: Ne terreamini ab his, qui occidunt corpus, & post hæc non habent amplius quid faciant. Ostendam autem vobis quem timeatis: timete eum. B qui, postquam occiderit, habet potestatem mittre in gehennam. ita dico vobis, hanc timete. Nonne quinque pasceres venient dipondio, & unus ex illis non est in obliuione coram Deo? Sed & capilli capitis vestrum omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis pasceribus pluris es tu vos:

Dico autem vobis: Omnis, quicumque confessus fuerit me coram hominibus, & Filii hominis confitebitur illi coram Angelis Dei: qui autem negaverit me coram hominibus, negabitur coram Angelis Dei. Et omnis, qui dicit verbum in Filium hominis, remittetur illi: ei autem, qui in spiritum sanctum blasphemauerit, non remittetur. Cum autem inducent vos in synagogas, & ad Magistratus, & Potestates, nolite solliciti esse qualiter, aut quid respondeatis, aut quid dicatis. Spiritus enim sanctus docet vos in ipsa hora quid oporteat vos dicere.

Ait autem ei C quidam de turba: Magister, dic fratri meo ut diuidat mecum hereditatem. At ille dixit illi: Homo, quis me constituit iudicem, aut diuisorem super cursum quam vita eius est ex his qui possident? Dixit autem similitudinem ad illos, dicens: Hominis cuiusdam diuisum vberes fructus ager attulit: & cogitabat intra se faciam: Destruam horrea mea, maiora faciam. & illuc congregabo fructus meos? Et dixit: Hoc sunt mihi, & bona mea, & dicam anima mea: anima, habes multa bona posita in hac noë animam tuam, reperient a te: que autem parali, cuius erunt? Sic est qui sibi thesaurizat, & non est in Deum diues.

Dixique ad Discipulos suos: Ideo dico vobis: Nolite solliciti esse anima vestra quid manducetis: neque corpori quid induamini. Anima plus est quam iesca, & corporis plus quam vestimentum. D Considerate coruos quia non seminant, neque metunt, quibus non est cellarium, neque horreum, & Deus pascit illos. Quanto magis vos pluris es illis? Quis autem vestrum cogitando potest adipicere ad staturam suum cubitum vnum? Si ergo neque quod minimum est potestis, quid de ceteris solliciti estis? E Considerate filia quomodo crescunt: non laborant, neque nent, dico autem vobis, nec Salomon in omni gloria sua vellebatur sicut vnum ex ipsis. Si autem fecimus, quod hodie est in agro, & cras in cibarium mixtum, Deus sic vestit:

Et vos nolite querere quid manducetis, aut quid bibatis: & nolite in sublime tollitus. Verumtamen quæcumque primum regnum Dei, & iustitiam eius: & hec omnia adjicentur vobis. Nolite timere pusillus grec, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Vendite quæ possideis, & date elemosynam. Fatiue vobis fucculos, qui non veterescunt, thesaurus non deficientem in celis: quo fur non appropiat, neque tinea corruptit. Vbi enim thesaurus vester est, ibi & cor vestrum erit.



Sint



L V C. X I I.

Sunt lumbi vestri praecincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris, & vos similes
venerit, & pulsauerit, confestim aperiant ei. Beati serui illi, quos cum venerit do-
minus, inuenierit vigilantes: amen dico vobis, quod præcinctus est, & faciet illos di-
vigilia veneris, & ita inuenierit, beati sunt serui illi. Hoc autem seitorum, quoniam
si fecerit paterfamilias, qua hora sur venire, vigilarerit utique, & non sineret personam
domum suam. Et vos effete parati: quia qua hora non putatis, Filius hominis veniet.
Ait autem ei Petrus: Domine, ad nos dicis hanc parabolam: an & ad omnes? Di-
xit autem Dominus: Quis, putas, est fidelis dispensator, & prudens, quem constituit
Dominus supra familiam suam, B ve det illis in tempore tritici mensuram? Beatus
ille seruus, quem cum venerit Dominus, inuenierit ita facientem. Vere dico vobis,
quoniam supra omnia, quæ possidet, constituerit illum. Quod dixerit seruus ille
in corde suo: Moram facit dominus meus venire: & expperit percucere seruos, &
enclavas, & edere, & bibere, & inebrari: veniet dominus serui illius in dies, quæ non
sperat, & hora, quæ nescit, & dividet eam, partemque eius cum infidelibus ponet.
Ille autem seruus, qui cognovit voluntatem domini sui, & non preparauit, & non
fecit secundum voluntatem eius, vapulabit multis: cui autem non cognovit, & fecit
digna plaga, vapulabit paucis. Omni autem, cui multum datum est, multum qua-
tur ab eo: & cui commendauerunt multum, plus petent ab eo.

Iagni veni mittere in terram, & quid volo nisi vt accendatur? Baptismo autem
habeo baptizari: & quomodo coarctor vsquedum perficiatur? Putatis quia pacem
veni dare in terram? Non, dico vobis, sed separationem: erunt enim ex hoc quinque
in domo una diuisi, tres in duos, & duo in tres diuidentur: pater C in filium, & filius
in patrem suum, mater D in filiam, & filia in matrem, socrus E in nurum suum, &
nurus in socrum suum. Dicebat autem & ad turbas: Cum videritis rubem orientem ab
occasu, statim dicitis: Nimbus venit; & ita sit. & cum austrum flaret, dicitis:
Quia auster erit: & ita sit. Hypocrita faciem cali, & terre nostis probare: hoc autem
tempus quo modo non probatis? Quid autem & a vobis ipsiis non iudicatis quod iu-
lum est? Cum autem vadis cum aduersario tuo ad Principem, in via da operam libe-
rari ab illo, ne forte trahat te ad iudicem, & Index tradat te exactori, & exactor mit-
tate in carcerem. Dico tibi, non exies inde, donec etiam nouissimum minutum
seddas.

Aderant autem F quidam ipso in tempore, nunciantes illis de Galilæis, G quorum
sanguinem Pilatus misericordia cum sacrificiis eorum. Et respondens dixit illis: Putatis
quid hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia passi sunt? Non,
dico vobis: sed nisi penitentiam habueritis, omnes similiter peribitis. Sicut illi de-
betores fuerint præter omnes homines habitantes in Ierusalem? Non, dico vobis;
sed si penitentiam non eritis, omnes similiter peribitis. Diebat autem & hanc si-
milititudinem: Arborem hæc habebat quidam plantaram in viue sua, & venit qua-
sunt ex quo venio quærens fructum in fœculnea hac, & non inuenio: succide ergo il-
lam: vt quid etiam terram occupat? At ille respondens, dicit illi: Domine, amicu-
scerit fructum: sin autem, in futurum suppeditas eam.



L V C. XIII.

E Tibat per ciuitates, & castella docens, & iter facies in Ierusalē.^a Ait autē illi quidā: Domine, si pauci sunt, qui saluantur? Ipse autē dixit ad illos: Contendite intrare per angustam portam:^b quia multi, dico vobis, querent intrare, & non poterunt. Cum autem intrauerit paterfamilias, & clauerit ostium, incipietis foris stare,^c & pulsare ostium, dicentes: Domine, aperi nobis: & respondens^d dicit vobis: Nescio vos vnde sitis: tunc incipietis dicere: Manducauimus coram te, & bibimus, & in plateis nostris docuisti. Et dicit vobis: Nescio vos vnde sitis: discedite a me omnes operarij iniquitatis. Ibi erit fletus, & stridor dentium: cum videritis Abraham, & Isaac, & Iacob, & omnes Prophetas in regno Dei, vos autem expelli foras. Et venient ab Oriente, & Occidente, & Aquilone, & Austro, & accubent in regno Dei. Et ecce sunt nouissimi qui erunt primi, & sunt primi qui erunt nouissimi.

In ipsa die accesserunt quidam^e Phariseorum, dicētes illi: Exi, & vade hinc: quia Herodes vult te occidere. Et ait illis: Ite, & dicite vulpi illi: Ecce ejcio dæmonia, & sanitates perficio hodie, & cras, & tertia die consummor. Verumtamen oportet me hodie & cras & sequenti die ambulare: quia non capit Prophetam perire extra Ierusalem. Ierusalem, Ierusalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos, qui mittuntur ad te, quoties volui congregare filios tuos quemadmodum auis^f nidum suum sub pennis, & noluisti? Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Dico autem vobis, quia non videbitis me donec veniat cum dicteris: Benedictus, qui venit in nomine Domini.

Et



LVC. XIV.

Et factum est cum intraret Iesus in domum A cuiusdam Principis Pharisaeorum sabbato manducare panem, & ipsi obseruabant eum. Et ecce homo quidam hydropicus erat B ante illum. Et trudens Iesus dixit ad Legisperitos, & Phariseos, dicens: Si licet sabbato curare? At illi tacuerunt. Ipse vero apprehensum sanavit eum, ac dimisit. Et respondens ad illos dixit: Cuius vestrum asinus, C aut bos in puteum cadet, & non continuo extrahet illum die sabbati? Et non poterant ad hanc respondere illi.

Dicebat autem & ad inuitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos. Cum inuitatus fueris ad iuptias, non discumbas in primo loco, ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo, & veniens is, quite & illum vocanit, dicat tibi: Da huic locum: & tunc incipias cum rubore nouissimum locum tenere, sed cum vocatus fueris, vade, recumbe in nouissimo loco: vt, cum venerit qui te inuitauit, dicat tibi: Amice, ascende super eum. Tunc erit tibi gloria coram simul discubentibus: quia omnis, qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur.

Dicebat autem & ei, D qui se inuitauerat. Cum facis prandium, aut coenam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos diuites: ne forte te & ipsi reuinient, & fratibus retributio. sed cum facis conuiuum, voce pauperes, debiles, claudos, & cæcos: & beatus eris, quia non habent retribuere tibi: retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum.

Hæc cum audisset quid m de simul discubentibus, E dixit illi: Beatus, qui manducabit panem in regno Dei. At ipse dixit ei: Homo quidam fecit coenam magnam, & vocavit multos. Et misit seruum suum hora coeræ dicere inuitatis ut venirent, quia iam parata sunt omnia. Et cooperunt simul omnes excusare. Primus dixit ei: F Villam emi, & necesse habeo exire, & videre illam: rogo te habe me excusatum. Et alter dixit: Iuga boum emi quinque, G & eo probare illa: rogo te habe me excusatum. Et alrus dixit: Vxorem duxi, H & ideo non possum venire. Et reuersus seruus nuncianuit hæc domino suo. I Tunc iratus paterfamilias, dixit seruo suo: Exi cito in plateas, & vicos ciuitatis: & pauperes, ac debiles, & cæcos, & claudos introduc huc. K Et ait seruus: Domine, factum est ut imperasti, & adhuc locus est. Et ait dominus seruo: Exi in vias, & sepes: L & compelle intrare, ut impleatur domus mea. Dico autem vobis quod nemo viorum illorum, qui vocati sunt, gustabit coenam meam.



IOAN. X.

I Bant autem turbæ multæ cum eo: & consensus dixit ad illos: Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse Discipulus. Et qui non baiulat Crucem suam, & venit post me, non potest meus esse Discipulus. Quis enim ex vobis volens turrim ascendere, non prius sedes computat sumptus, qui necessarij sunt, si habeat ad perficiendum, ne, posteaquam posuerit fundamen tum, & non potuerit perficere, oes, qui videt, incipiatur illudere ei, dicentes: Quia hic homo coepit ascendere, & non potuit consummare? Aut quis rex iterus committere bellum aduersus alium regem, non sedes prius cogitat, si possit cum decem milibus occurrere ei, qui cum viginti milibus venit ad se? Alioquin adhuc illo longe agente, legationem mittens rogat ea, quod pacis sunt. Sic ergo ois ex vobis, qui non renunciat oibus, quod possidet, non potest meus esse Discipulus. Bonum est sal. Si autem sal evanuerit, in quo coidetur? Neque in terra, neque in sterquilinio utile est, sed foras mittetur. Qui habet aures audiendi, audiat.

Facta sunt autem Encœnia in Ierosolymis: & hys erat. Et ambulabat Iesus in templo, in portico Salomonis. A Circumdederunt ergo eum Iudei, & dicebant ei: Quousque anima nostra tollis? si tu es Christus, dic nobis palam. Respondit eis Iesus: Loquor vobis, & non creditis. opera, quod ego facio in nomine Patris mei, haec testimonium perhibeo de me: sed vos non creditis, quia non estis ex oibis meis. Ques mea vocem meam audiunt: & ego cognosco eas, & sequuntur me: & ego vitam æternam do eis: & non peribunt in æternum, & non rapiet eas quisquam de manu mea. Pater meus quod dedit mihi, maius oibus est: & nemo potest rapere de manu Patris mei. Ego, & Pater unum sumus.

Sustulerunt ergo lapides Iudei, ut lapidaret eum. Residit eis Iesus: Multa bona opera ostendi vobis ex Patre meo, propter quod eorum opus me lapidatis? Responderunt ei Iudei: De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia: & quia tu homo cum sis, facis te ipsum Deum. Respondit eis Iesus: Nonne scriptum est in lege vestra: quia Ego dixi, dixi estis? Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus est, & non potest solui scripture: quem Pater sanctificavit, & misit in mundum, vos dicitis: Quia blasphemas: quia dixi, Filius Dei sum? Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi. Si autem facio: & si mihi non vultis credere, operibus credite, ut cognoscatis, & credatis quia Pater in me est, & ego in Patre.

a Quærebatur ergo eum caput: & exiuit de domini manib[us] eorum. Et abiit iterum trans Iordanem in eum locum, ubi erat Ioannes baptizans primus: & dominus misit illum.

MAT. XIX.

b Et multi venerunt

M. X.

b Et venit in fines Iudeæ trans Iordanem, & fecerunt turbæ sunt eum, & curauit eos tibi. ad eum, & dicebant: Quia Ioannes quod signum fecit nullum. Omnia autem quæcumque dixit Ioannes de hoc, vera erant. Et multi crediderunt in eum.

Venit in fines Iudeæ [ultra] Iordanem: & conueniunt iterum turbæ ad eum: & fecit conseruerat, iterum docebat illos.



LVC. xv.

ERANT autem appropinquantes ei publicani, ^A & peccatores ut audirent illum. Et murmurabant Pharisæi, & Scribæ, dicentes: Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis. Et ait ad illos parabolam istam dicens: Quis ex vobis homo, qui habet centum oves: ^B & si perdiderit unam ex illis, nonne dimittit nonagintanouem in deserto, & vadit ad illam, quæ perierat, donec inueniat eam? Et cum inuenierit eam, imponit in humeros suos ^C gaudens: & veniens domum conuocat amicos, & vicinos, dicens illis: ^D Congratulamini mihi quia inueni ouem meam, quæ perierat? Dico vobis quod ita gaudium erit in cælo super uno peccatore pœnitentiam agente, quam super nonagintanouem iustis, qui non indigent pœnitentia.

Aut quæ mulier habens drachmas decem, si perdiderit drachmam unam, nonne accedit lucernam, ^E & euerrit domum, & querit diligenter, donec inueniat? Et cum inuenierit conuocat amicas, ^F & vicinas, dicens: Congratulamini mihi quia inueni drachmam, quam perdideram? Ita dico vobis, gaudium erit coram angelis Dei super uno peccatore pœnitentiam agente.



LVC. XV.

AIT autem: Homo quidam habuit duos filios: & dixit adolescentior ex illis Patri: Pater, da mihi portionem substantiam, quae me contingit. Et divisa illis substantiam. Et non post multos dies, congregatis omnibus, adolescentior filius peregre profectus est in regionem longinquam, & ibi dissipauit substantiam suam viuendo luxuriose. **B** Et postquam omnia consummasset, facta est fames valida in regione illa, & ipse coepit egere. Et abiit, & adhæsit vni ciuium regionis illius. Et misit illum in villam suam ut paiceret porcos. **C** Et cupiebat implere ventrem suum de siliquis, quas porci manducabant: & nemo illi dabat.

In se autem reuersus, **D** dixit: Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo! Surgam, & ibo ad Patrem meum, & dicam ei: Pater, peccavi in cælum, & coram te: iam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut vnum de mercenarijs tuis. Et surgens venit ad Patrem suum. Cum autem adhuc longe esset, vidit illum Pater ipfius, & misericordia mota est, & accurrens cecidit super collum eius, & osculatum est eum. Dixitque ei filius: Pater, pescaui in cælum & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus. Dixit autem Pater ad seruos suos: Cito proferte stolam primam, **F** & induite illum, & date annulum **G** in manum eius, & calceamenta **H** in pedes eius: & adducite vitulum saginatum, **I** & occidite, & manducemus, & epulemur: quia hic filius meus mortuus erat, & renixit: perierat, & inuentus est. Et cooperunt epulari.

Erat autem filius eius senior in agro: & cum veniret, & appropinquaret domui, audivit symphoniam, **K** & chorum: & vocavit vnum de seruis, & interrogauit quid hæc essent. Iisque dixit illi: Frater tuus venit, & occidit Pater tuus vitulum saginatum, quia falum illum recepit. Indignatus est autem, & bolebat introire. Pater ergo illius egref tot annis seruo tibi, & numquam mandatum tuum præteriui, & numquam dedisti mihi hœdum ut cum amicis meis epularer: sed postquam filius tuus hic, qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus, venit, occidisti illi vitulum saginatum. At ipse dixit illi: Fili, tu semper tecum es, & omnia mea tua sunt: epulari autem, **M** & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat, & renixit: perierat, & inuentus est.





LVC. XVI.

Dicebat autem & ad Discipulos suos : Homo quidam erat dines, ^A qui habebat Villicum : & hic diffamatus est apud illum quasi dissipasset bona ipius. Et vocauit illum, ^B & ait illi: Quid hoc audio de te? redde ratione villicationis tuæ: iam enim non poteris villicare. Ait autem Villicus intra se: Quid faciam quia dominus meus aufert a me villicationem? fodere non valeo, mendicare erubesco. Scio quid faciam, vt, cum amotus fuero à villicatione, recipient me in domos suas. Conuocatis itaque singulis debitoribus domini sui, dicebat primo: Quantum debes domino meo? ^C At ille dixit: Centum cados olei. Dixitq. illi: Accipe cautionem tuam: & sede cito, scribe quinquaginta. Deinde alij dixit: Tu vero quantum debes? Qui ait: Centum coros tritici. Ait illi: Accipe litteras tuas, & scribe octoginta. Et laudauit Dominus Villicum iniurias, quia prudenter fecisset; quia filii huius saeculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt.

Et ego vobis dico: facite vobis amicos de mammona iniquitatis: vt, cum defeceritis, recipient vos in æterna tabernacula. Qui fidelis est in minimo, & in maiori fidelis est: & qui in modico iniquus est, & in maiori iniquus est. Si ergo in iniquo mammona fideles non fuistis: quod verum est, quis credet vobis? Et si in alieno fideles non fuistis: quod vestrum est, quis dabit vobis?

Nemo seruus potest duobus dominis seruire: aut enim unum odiet, & alterum diligit: aut uni adhæredit, & alterum contemnet: non potestis Deo seruire, & mammonæ. Audiebant autem omnia hæc Pharisæi, qui erant auari: & deridebant illum. Et ait illis: Vos estis, qui iustificatis vos coram hominibus: Deus autem nouit corda vestra: quia quod hominibus altum est, abominatione est ante Deum. Lex, & prophetæ usque ad Ioannem: ex eorum Dei euangelizatur, & omnis in illud vim facit. Facilius est autem cælum, & terram præterire, quam de Lege unum apicem cadere.

Et



IOI

A

M A T . X I X .

ET accesserunt ad eum Pharisæi^d tentantes eum, & dicentes : Si licet homini dimittere vxorē suam, quacūq. ex causa? Qui respōdēs, [ait eis:] Non legistis, quia^h qui fecit hominē ab initio, masculū, & fēminā fecit eos? & dixit: Propter hoc dimitteret homo patrem, & matrē, & adhārebit vxori suę, & erunt duo in carne vna. itaq. iā nō sunt duo, sed vna caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo nō separat. Dicunt illi: Quid ergo Moyses mādauit dare libellum repudij, & dimittere? Ait illis: Quoniā Moyses ad duritiā cordis vestriⁱ permisit vobis dimittere vxores vestras: ab initio autem^m non fuit sic. Dico autem vobis, quia quicumque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur: & qui dimissam duxerit,

5 Dicunt ei Disci-

puli eius: Si ita est mittit vxorē suā, & causa hominis cum alteram ducit, mœvlore, non expedit chatur: & qui dimis- sionem a viro ducit, illis: Non omnes ca- piunt verbum istud, sed quibus datum est. Sunt enim eunuchi, qui de matris vtero sic natu sunt: & sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus: & sunt eunuchi, qui seipsostrauerunt propter regnum cœlorum. Qui potest capere capiat.

M A R . X .

ET accedentes Pharisæi interrogabant eū: Si liceat [viro] vxorē dimittere: tentantes eum. At ille respondens, dixit eis: Quid vobis præcepit Moyses? Qui dixerūt: Moyses p̄misit libellū repudij scribere, & dimittere. Quibus respōdēs Iesus, ait: Ad duritiā cordis vestriⁱ scripsit vobis præceptum istud^{..} ab initio autem creaturæ mœculum, & fāminā fecit eos & Deus. Propter hoc relinquet homo Patrem suum, & matrem, & adhārebit [ad vxorem suam:] & erunt duo in carne vna. Itaque iam non sunt duo, sed vna caro. Quod ergo Deus cōiunxit, homo nō separat.

L V C . X I I .

Omnis, qui di- missam a viro ducit, & qui dimis- sionem a viro ducit, illis: [Quicumque]

* Et in domo ite- rū Discipuli eius de eodem interrogaue- runt eum. Et ait il- lis: [Quicumque] dimiserit vxorem suā, & aliā duxerit, ³ adulteriu cōmittit su- per eā. Et si vxor di- miserit vitrum suum, & alijs nupserit, mœ- chatur.



LVC. XVI.

Homo quidam erat diues, qui induebatur purpura,
& byssio, & epulabatur ^a quotidie splendide. Et erat
quidam medicus, nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam
eius, ^b ulceribus plenus, cupiens saturari de micis, quæ
cadabant de mensa diuitis, & nemo illi dabant: sed & canes
veniebant, ^c & lingebant viscera eius.

Factum est autem ut moreretur mendicus, & portaretur
^d ab Angelis in Sinum ^e Abrahæ. Mortuus est autem &
^f diues, & sepultus est in inferno. ^g Eleuans autem oculos
suos, cum esset in tormentis, vidi Abraham a longe, &
Lazarum in Sinu eius: & ipse clamans dixit: Pater Abra-
ham, miserere mei, & mitte Lazarum ut intingat extremū
digiti sui in aquam ut refrigeret linguam meam, quia cru-
cior in hac flamma. Et dixit illi Abraham: Fili, recordare
quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala:
nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris. & in his om-
nibus inter nos, & vos chaos magnum firmatum est: vr hi,
qui volunt hinc transire ad vos, non possint, neque inde
huc transmeare.

Et ait: Rogo ergo te Pater ut mittas eum in domum
Patri mei. habeo enim quinq. fratres, ^h vt testetur illis, ne
& ipsi veniant in hunc locum tormentorum. Et ait illi
Abraham: Habent Moysen, & prophetas: audiunt illos.
At ille dixit: Non, Pater Abraham: sed si quis ex mortuis
ierit ad eos, poenitentiam agent. Ait autem illi: Si Moy-
sen, & prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis re-
surrexerit, credent.

Et



LVC. XVII.

Et ait ad Discipulos suos : Impossibile est ut non veniant scandala :
Ex autem illi , per quem veniunt . Ut ilius est illi si lapis molaris
imponatur circa collum eius , & projiciatur in mare , quam ut scandalizet
vnum de pusillis istis . **B** Attendite vobis : Si peccauerit in te frater
tuus , increpa illum : & si penitentiam egerit , c dimitte illi . Et si septies
in die peccauerit in te , & septies in die conuersus fuerit ad te , dicens : Poe-
nitet me , dimitte illi . Et dixerunt Apostoli Domino : Adauge nobis fidem .
Dixit autem Dominus : Si habueritis fidem , sicut granum sinapis , dicetis
huic arbori moro : Eradicare , & transplantare in mare ; & obediens vobis .

Quis autem vestrum habens seruum arantem aut pascentem , qui regres-
so de agro dicat illi : Statim transfi , recumbe : & non dicat ei : Para quod
regressus , & praecinge te , & ministra mihi donec manducem , & bibam , &
post haec tu manducabis , & bibes ? Numquid gratiam habet seruo illi ,
quia fecit quae ei imperauerat ? Non puto . Sic & vos cum feceritis om-
nia , quae praecepta sunt vobis , dicite : Serui inutiles sumus : quod debui-
mus facere , fecimus .

Interrogatus autem a Pharisæis : Quando venit regnum Dei ? respon-
dens eis , dixit : Non venit regnum Dei cum obseruatione : neque dicent :
Ecce hic , aut ecce illic . Ecce enim regnum Dei intra vos est . Et ait ad
Discipulos suos : Venient dies quando desideretis videre vnum diem Filii
hominis , & non videbitis . Et dicent vobis : Ecce hic , & ecce illic . Noli-
te ire , neque sectemini . nam , sicut fulgor coruscans de sub caelo in ea-
qua sub caelo sunt , fulget : ita erit Filius hominis in die sua . Primum
autem oportet illum multa pati , & reprobari a generatione hac . Et sicut
factum est in diebus Noe , ita erit & in diebus Filii hominis . Edebant , &
bibebant : uxores ducebant , & dababant ad nuptias usque in diem , qua
intravit Noe in arcem : & venit diluvium , & perdidit omnes . Similiter
sicut factum est in diebus Lot : Edebant , & bibebant : emebant , & vende-
bant : plantabant , & edificabant : qua die autem exiit Lot a Sodomis ,
G pluit ignem , & sulphur de caelo , & omnes perdidit : secundum haec erit
qua die Filius hominis reuelabitur .

In illa hora qui fuerit in lecto , & vasa eius in domo , ne descendat tol-
lere illa : & qui in agro , similiter non redeat retro . Memores esto-
vxoris Lot . Quicumque quæsierit animam suam saluam facere , perdet
illam : & quiscumque perdidit illam , viuiscabit eam . Dico vobis : in
illa nocte erunt duo in lecto H uno : unus assumetur , & alter relinquetur :
duo erunt I molentes in vnum : una assumetur , & altera relinquetur : duo
in agro : K unus assumetur , & alter relinquetur . Respondentes dicunt illi :
Vbi Domine . Qui dixit illis : Vbi cum fuerit corpus , illuc congrega-
buntur & aquilæ .

Dicebat



104

B

A

LVC. XVIII.

MAT. XIX.

MAR. X.

Dicebat autem & parabolam ad illos, quoniam oportet semper orare, & non deficerere, dicens: Iudex quidam erat in quadam ciuitate, qui Deum non timebat, & hominem non reuerebatur. Vidua autem B quidam erat in ciuitate illa, & veniebat ad eum, dicens: Vindica me de aduersario meo. Et nolebat per multum tempus. Post haec autem dixit intra se: Etsi Deum non timeo, nec hominem revereor: tamen quia molesta est mihi haec vidua, vindicabo illam, ne in nouissimo veniens fugillet me. Ait autem Dominus: Audite quid iudex iniquitatis dicit: Deus autem non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte, & patientiam habebit in illis? Dico vobis quia cito faciet vindictam illorum. Veruntamen Filius hominis veniens, putas, inueniet fidem in terra?

Dixit autem & ad quosdam, qui in se confidebant tamquam iusti, & aspernabantur ceteros, parabolam istam: Duo homines ascenderunt in templum ut orarent: unus Phariseus, & alter Publicanus. Phariseus stans, hac apud se orabat: C Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut ceteri hominum: raptiores, iniusti, adulteri: velut etiam hic Publicanus. iejunio bis in sabbato: decimas do omnium, quæ possideo. Et Publicanus a longe stans, D nolebat nec oculos ad celum leuare, sed percutiebat pedes suum, dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. Dico vobis, descendit hic iustificatus in dominum suum ab illo, quia omnis, qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltebitur.

b. Afferebant^z autem c ad illum & infantes, ut eos tangeret. h Quod cum viderent Discipuli, increpabant illos. Iesus autem & conuocans illos, [dixit:] n Sinite pueros . . . venire ad me: o & nolite vetare eos. talium est enim regnum Dei. q Amen dico vobis: Quicumque non accepit regnum, Dei sicut puer, non intrabit in illud.

cos, & imponens manus super illos, benedicebat eos.



a Tunc oblati sunt ei paruuli, & ut manus eis imponebat, & g oraret. Discipuli autem increpabant eos. Iesus vero ait eis: Sinite paruulos, & nolite eos prohibere p 2d me venire: talium est enim regnum caelorum. s Et cum imposuisset eis manus, abiit inde.

d Et offerebant illi parulos f ut tangeret illos. . . Discipuli autem i cominabant offerentibus. Quos cum videret Iesus, indigne tulit, & i ait illos: Sinate n parulos venire ad me, & ne prohibueritis eos: talium enim est regnum [Dei.] Amen dico vobis: Quisquis non reperierit regnum Dei velut parvulus, non intrabit in illud. Et complexans

O Et



MAR. X.

Et cū egressus esset ī viā,
et procūrēs g quidam
ē genuflexo A ante eu, ioga-
bat eū: Magister bone, quid
faciā n vt vīta eternā o per-
cipiā? q Iesus aut dixit ei:
Quid me dicas bonū? Nemo
bonus, nū vīnus Deus. [Pre-
cepta] nōtī: [Ne adulteres,
Ne occidas, Ne fureris, Ne
falsū testimonī dixeris, Ne
fraude feceris, Honora pa-
trem tuū & matrem.

At ille 3 spōdēs, ait
illi: Magister, hæc oia obser-
gauit: a iūnūtate mea. Iesus
aut dīntutus eū, dīlexit eū,
& dixit ei: Vīna tibi deest?
vade, quicunq. habes vēde,
& da pauperib; & habebis
thesaurū in celo: & veni, se-
quere me. 16 Qui cōtristatū
is in verbo, abūt 18 mōrēs:

B erat enim habens multas pōfessiones.

b Et circūspicēs Iesus, &
aī Discipulis suis: Quā dif-
fīcile qui pecunias habēt, in
regnū Dei intrōbūt & Disci-
puli aut g obstupefēbāt in
verbis eius. At Iesus rursus
respondēs ait illis: Filioli,
qua diffīcile est, confidētes
in pecunij, in regnū Dei in
troire. 1 Facilius ēt, camellū
per foramen acūs trāfīre, qua
diūtē intrare in regnū Dei. Qui
dīcēs ad semetip̄s. Et quis [potest] sal-
uus fieri? Ait illis: q. Quā
impossibilia sūt apud homi-
nes, pōla sūt apud Deū.

1 Et 3 cap̄t ei Petrus 4
dicere: Ecce nos dimissimus
oia, & secuti sum⁹ te. 6 Re-
spōdēs Iesus, [ait:] 8 Amen
dico vobis: Nemo est, qui re-
liquerit domū, aut fratres,
aut forores, aut patrem, aut
matrē, aut filios, aut agros
propter me, 10 & pp Euā
gelīū, q. no accipiat] 11. cē-
ties tātū, nūc in tēpore hoc: domos, & fratres, & forores,
& matres, & filios, & agros, cū pēfēctionib; & in se-
culo futuro vīta eterna. Multi autē erunt primi nouissi-
mi, & nouissimi primi.

gross pp nomē meū, cētuplū accipiet, & vīta eternā possidebit. Multi autē erunt primi no-
uissimi, & nouissimi primi.

LVC. XVIII.

Et interrogauit eū qdā
h princeps, l dīcess: Ma-
gister bone, quid[faciens] vī-
tā eternā p possidebo? Dīxit
autē Iesus: Quid me dicas
bonū? nō nō bonus nisi r solus
Deus. t Mādata nōtī: Non
occides: Non [mōrēberis]:
Non furtū facies:] Non sal-
fum testimonī dices: Ho-
nora patrem tuū, & ma-
trem.

Qui ait. Hac oia cuſodīni
a iūnūtate mea. 5 Quo au-
ditō, Iesus [ait ei:] 7 Adhuc
vñi tibi deest: 9 oia quæ-
cūq; habes vēde, & da pau-
peribus, & habebis the-
saurū in celo: & veni, seque-
re me. 13 His 11 ille 14 audi-
tis, contristatus est: 19 quia
duies erat valde.

a Vidēs autē Iesus illū tri-
stē factū, dīxit: Quā dīſcīle,
qui pecunias habēt, in regnū
Dei intrābūt.] Facilius est
enī camellū per forāmen acū-
trāfīre, quā diūtē intrare in
regnū Dei. Et [dīxerūt] fī qui
audiebāt: Et quis potest sal-
uus fieri? Ait illis: q. Quā
impossibilia sūt apud homi-
nes, pōla sūt apud Deū.

[Ait 3] Petrus: Ecce nos
[dimissimus] omnia, & secuti
sumus te. [Qui dīxit] eis:
Amē dico vobis, nō est, qui
reliquit domū, aut [parites],
aut fratres, aut cxore, aut fa-
lies 9 propter regnū Dei, &
non si recipiat multo plura
in hoc tēpore, & in scūlo vē-
turo vītam eternā.

Et 3 cap̄t ei Petrus: Ecce nos
dimissimus omnia, & secuti
sumus te, qd ergo
erit nobis? Iesus autē 7 dīxit
illis: Amē dico vobis, q. vos,
q. secuti es̄tis me, in regene-
ratione cū federat̄rili homi-
nis in fede maiestatis suā,
sedebitis & vos E sup sedes
duodeci, iudicātes duodeci
tribus Israēl. Et ois, q. re li-
querit domū, vel fratres, aut
forores, aut p̄m, aut matrē,
aut vxore, aut filios, aut a-

MAT. XIX.

Et b ecce vīnus e acce-
dēs, māt illi: Magister
bone, quid boni faciā vt ha-
bē vīta eternā? Qui di-
xit ei: Quid me interrogas
de bono? Vn⁹ est bon⁹, De⁹.
Si autē vis ad vīta igredi, fer-
ua mādata. Dicit illi: Qua?
Iesus autē dīxit: Nō [hemici-
dī facies:] u Nō adultera-
bis: Nō facies furtū Nō salū
testimonī dices: Honora pa-
tri tuū, & matrē y tuā, & diligēs
proximū tuū sicut teip̄sū.

Dicit illi 2 adolescēs: Oia
hee 4 custodiū a iūnūtate
mea, qd adhuc myhi deest?
Ait illi Iesus: 8 Si vis pīct⁹
esse, vade, vēde qua habēs, et
da pauperib; & habebis the-
saurū in celo: & veni, seque-
re me. 10 Ci audīt̄rī aū ē
12 adolescēs verbū 17 abi-
trītis: zo erat enim habēs
multas pōfessiones.

Iesus autē dīxit Discipulis
suis. d Amen dico vobis,
qua diues difficile intrabit
in regnum calorum. 6 Et
iterum dico vobis: Facilius
est camelum C per forāmen
acus transīre, quam diūtē
intrare in regnum calorum.
Audit̄s autē his, Discipuli
mirabāt̄ur, & valde, dīcēs;
Quis m ergo poterit saluus
est̄d. A spīcēs autēm Iesus,
o dīxit illis: Apud homines
hoc ip̄ossible est: apud Deū
autē omnia possibilia sunt.

2 Tūc rūdēs Petr⁹, D [di-
xii] ei: Ecce nos reliquias oia,
& secuti sumus te, qd ergo
erit nobis? Iesus autē 7 dīxit
illis: Amē dico vobis, q. vos,
q. secuti es̄tis me, in regene-
ratione cū federat̄rili homi-
nis in fede maiestatis suā,
sedebitis & vos E sup sedes
duodeci, iudicātes duodeci
tribus Israēl. Et ois, q. re li-
querit domū, vel fratres, aut
forores, aut p̄m, aut matrē,
aut vxore, aut filios, aut a-



106

M A T. X X.

Simile est regnum cælorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane conducere ^A operarios in vineam suam. Conuentione autem facta cum operarijs ex denario diurno, misit eos in vineam ^B suam. Et egressus circa horam tertiam, ^C vidit alios stantes in foro otiosos, & dixit illis: Ite & vos in vineam meam, & quod iustum fuerit dabo vobis. Illi autem abierunt. Iterum autem exiit circa ^D sextam, & nonam horam: ^E & fecit similiter. Circa undecimam vero exiit, & inuenit alios stantes, ^F & dicit illis: Quid hic statis tota die otiosi? Dicuntemi: Quia nemo nos conduxit. Dicit illis: Ite & vos in vineam meam.

Cum sero autem factum esset, dicit dominus vineæ ^G procuratori suo: Voca operarios, & redde illis mercedem incipiens a nouissimis usque ad primos. Cum venissent ergo qui ^H circa undecimam horam venerant, acceperunt singulos denarios. Venientes autem & primi, arbitrati sunt quod plus essent accepturi: acceperunt autem & ipsi singulos denarios. Et accipientes murmurabant ^I aduersus patrem familias, dicentes: Hi nouissimi una hora fecerunt, & pares illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei, & æstus.

At ille respondens uniuersorum, dixit: Amice non facio tibi iniuriam: nonne ex denario conuenisti tecum? Tolle quod tuum est, & vade: volo autem & huic nouissimo dare sicut & tibi. Aut non licet mihi quod volo, facere? an oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Sic erunt nouissimi primi, & primi nouissimi. multi enim sunt vocati, pauci vero electi.



IOAN. XI.

Erat autem quidam languens Lazarus a Bethania, de castello Mariz, & Martha so-
capillis suis : cuius frater A. Lazarus infirmabatur.) Miserant ergo sorores eius ad eum
B dicentes : Domine, ecce quem amas infirmatur. Audiens autem Iesus dixit eis: Infir-
mitas haec non est ad mortem, sed pro gloria Dei, ut glorificetur Filius Dei per eam.
Diligebat autem Iesus Martham, & sororem eius Mariam, & Lazarum. Ut ergo audiuit
quia infirmabatur, tunc quidem mansit in eodem loco duobus diebus, deinde post haec
dixit Discipulis suis: Eamus in Iudeam iterum. Dicunt ei Discipuli: Rabbi, nunc que-
rebanit te Iudei lapidare, & iterum vadis illuc? Respondebat Iesus: Nonne duodecim-
autem ambulauerit in nocte, offendit, quia lux non est in eo. Haec ait, & post haec dixit
eis: Lazarus amicus noster dormit, sed C. vado ut a somno excitem eum. Dixerunt ergo
Discipuli eius: Domine, si dormit, saluus erit. Dixerat autem Iesus de morte eius: illi au-
tem putauerunt quia de dormitione somni diceret. Tunc ergo Iesus dixit eis manifeste:
Lazarus mortuus est: & gaude propter vos, vt credatis, quoniam non eram ibi. sed
eamus ad eum. Dicit ergo Thomas, qui dicitur Didymus, ad condiscipulos: Eamus &
venit itaque Iesus: & inuenit eum quattuor dies iam in monumento habentem. (Erat
autem Bethania iuxta Ierosolymam quasi stadij quindecim.) Multi autem ex Iudeis
venerant ad Martham, & Mariam, ut consolarentur eas de fratre suo. Martha ergo ut
Marcha ad Iesum: Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus: Sed & nunc
scio quia quæcumq. poposceris a Deo, dabit tibi Deus. Dicit illi Iesus: Resurge frater
tuus. Dicit ei Martha: Scio quia resurget in resurrectione in nouissimo die. Dicit ei Ie-
sus: Ego sum resurrectio, & vita: qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet: & om-
nis, qui viuit, & credit in me, non morietur in eternum. Credis hoc? Ait illi: Vtique
Domine, ego credidi, quia tu es Christus Filius Dei vivi, qui in hunc mundum venisti.
Et cum haec dixisset, abiit, & vocauit Mariam fororum suum silentio, & dicens: Magi-
ster adeit, & vocat te. Illa ut audiuit, surgit cito, & venit ad eum: nondum enim vene-
rat Iesus in castellum: sed erat adhuc in illo loco, ubi occurrerat ei Martha. Iudei er-
go, qui erant cum ea in domo, & consolabantur eam, cum vidissent Mariam quia cito
fuerexit, & exiit, & secuti sunt eam dicentes: Quia vadit ad monumentum, ut ploret
ibi. Maria ergo, cum venisset ubi erat Iesus, videns eum, cecidit ad pedes eius, & dicit
ei: Domine, si fuisses hic, non esset mortuus frater meus. Iesus ergo, ut vidit eam ploran-
tem, & Iudeos, qui venerant cum ea, plorantes, infremuit spiritu, & turbauit seipsum,
& dixit: Vbi posuistis eum? Dicunt ei: Domine, veni, & vide. Et lacrymatus est Ie-
sus. Dixerunt ergo Iudei: Ecce quomodo amat eum. Quidam autem ex ipsis dixe-
runt: Non poterat hic, qui aperuit oculos cæci natu, facere ut hic non moreretur?
Iesus ergo rursus fremens in semetipso, venit ad monumentum: erat autem spelunca:
& lapis superpositus erat ei. Ait Iesus: Tollite lapidem. H. Dicit ei Martha foror
eius, qui mortuus fuerat: Domine, iam fetet, quatriduans est enim. Dicit ei Iesus:
Nonne dixi tibi quoniam si credideris, videbis gloriam Dei? Tulerunt ergo lapidem:
Iesus autem eleuatis sursum oculis, I. dixit: Pater gratias ago tibi quoniam audisti
me. ego autem seiebam quia semper me audis, sed propter populum, qui circumstavat,
dixi: vt credant quia tu me misisti. Haec cum dixisset, voce magna clamauit: Lazare,
veni foras. Et statim prodij qui fuerat mortuus, K. ligatus pedes, & manus infritis, &
facies illius sudario erat ligata. Dicit eis Iesus: Solute eum, & sinive abiire. Multi er-
derunt in eum. Quidam autem ex ipsis abierunt ad Phariseos, & dixerunt eis, quæ fe-
cit Iesus.



108

IOAN. XI.

Collegerunt ergo Pontifices & Pharisæi concilium,^a & dicebant: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? Si dimittimus eum sic omnes credent in eum: & venient Romani, & tollent nostrum locum, & gentem. Vnus autem ex ipsis Caiphas^b nomine, cum esset Pontifex anni illius, dixit eis: Vos nescitis quidquam, nec cogitatis quia expedit vobis ut vnuis moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Hoc autem a semetipso non dixit: sed cum esset Pontifex anni illius, prophetauit, quod Iesus moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente, sed ut filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum.

Ab illo ergo die cogitauerunt ut interficerent eum. Iesus ergo iam non in palam ambulabat apud Iudeos, sed abiit^c in regionem iuxta desertum, in ciuitatem, quæ dicitur Ephrem, & ibi morabatur cum discipulis suis.

Proximum autem erat Pascha Iudeorum: & ascenderunt multi Ierosolymam de regione ante Pascha, ut sanctificarent se ipsos. Quærebant ergo Iesum: & colloquebantur ad inuicem,^d in templo stantes: Quid putatis, quia non venit ad diem festum? Dederant autem Pontifices, & Pharisæi mandatum, ut si quis cognouerit ubi sit, indicet, ut apprehendant eum.



MAT. XX.

LVC. XVIII.

MAR. X.

